


Laurentius Paulinus Gothus

L. Paulini Gothi ... Commonefactio,
de angelicis ...



Tryck // F1700 / 378

Tillkomstår 1530 (eg. 1630).

Digitaliserad år 2016





1600 Tak
Teol
Album

F 1700
278

Kungl. Biblioteket
STOCKHOLM







L. PAULINI GOTHI SUDER-
kopiensis, Episc. Strengnens.
COMMONEFACTIO,

De

ANGELICIS & PY-
THONICIS ADPARITIONI-

bus; Sigillatim verò,

De

PRÆSTIGIIS-KUMBLÆIS

in Nerikiâ;

Habita Strengnesij in Synodo Agidia-
nâ, Die 3. Septembris, Anni p. p. p.
cl. DC. XXIX.

1. Timoth. 4. v. 1. & 6.

*Spiritus disertè dicit fore, Quòd in noviss.
temporibus desciscant quidam à Fide, attendentes
Spiritus deceptorib. & doctrinis Damoniorum, &c.*

*Hac proponens Fratribus, Bonus eris Mini-
ster Christi Jesu.*

STRENGNESI,

Typis Paulinianis excudebat Johan.

Barkenius, A. cl. l. XXX.

In
ORATIONEM

Reverendi admodum, Clarissimi & Excellentissimi
Domini,

Dn. LAURENTII PAULINI Gothi,
S.S. Theolog. & Philof. Doctoris eximij, Episcopi Stren-
guensis vigilantissimi, patris in Christo honorandi,
& Patroni sui magni,

De
ADPARITIONIBUS ANGELICIS,
in genere & in specie solidissime
disserentem,

EPIGRAMMA.

Falleris & fallis quisquis Pythona putabas,
Kumbæum Angelicos fatier ore sonos.
Dæmon erat nitidæ gestans velamina lucis,
Atq; tegens vaftrum pellis ovina lupum.
Siccine tu Mosen contempseris atq; Prophetas?
Da laudem Domino, & spontè fatere dolum!
Quòd si & adhuc dubitas, PAULINI svada docebit,
Fontibus ex Sacri Svada petita libri.
Hoc non gloriolæ movit PAULINE cupido,
Vox sed multa precum Te dare movit opus.
Est ita: Grata facis PAULINE optataq; multis,
Grata facis Clero, grata Deoq; facis.
Quin hæc charta leves facit obmutescere lingvas,
Labraq; Tartarei stringit operta canis.

Honoris & obsequij Ergò
adpositum, &

M. JOHANNES Westphalio, in Col. Str.
Reg. S.S. Theol. Prof.

EPISTOLA DEDICATORIA.

L. PAULINUS Gothus D. DEI providentiâ Episcopus Ströngnenſis,
Venerandis, Claris. & humanis. Dn. Dn. Conſiſtorialibus. Profesſorib. Præpoſitis, Paſtorib. & Diaconis, Euangelicæ veritatis, in illuſtri Diœceſi Ströngneſianâ, Præconib. ſinceris, dilectis in **CHRISTO JESU** Fratribus,

Gratiam Dei, Pacem Jeſu Chriſti, & S. Sancti ad Fidei ac Profeſſionis conſtantiam efficacisſimum adiutorium, unâ cum Anima corporisq. ſalute optatiſſimâ, ſincero cordis adfectu precor!

Postquàm bellum illud *ἡστρονδον*, venerabiles viri, dilecti in Chriſto Jeſu Fratres, quòd Chriſto cum Sathana jupiter intercedit, eiſq. exitum Eccleſiæ ſalutarem, unâ cum adiuncta ſanctorum congratulatione, Apoſtolus Johannes deſcripſiſſet, in querulas hæſce voces tandem prorumpit: *Va incolis terra & maris; Quia descendit ad vos Diabolus, irâ magnâ percitus, ſciens quòd paululum temporis habeat:* Quib. Divinâ ſuffultus inſpiratione, hoſtiles Sathanz furores, in verâ Chriſti Eccleſiâ & ſincerâ Euangelij doctrina penitus extirpanda, nec non hominib. ad apoſtataſiam & omnis generis flagitia ſeducendis, quaſi impera quodâ ſeneſtus. maximè poſtremis hæſce ſeneſcentis mundi temporib. univerſum orbem inſeſuros, non ſine gravi commiſeratione certo prænunciat. *Sævit enim infeſtiſſimus ille Dei & hominum Adverſarius horrendum in modum, nunc in Animas, nunc in Corpora, nunc in Facultates hominum, A-* Apo. II. 7
& 12.
ſiquando à dextris, quandoq. à ſiniſtris, per gloriam & ignominiam, per convicia & laudes, Ut illos quoquo modo à A. 2. Co. 6. 7
DEO avulſos ſecum in profundis. inferni barathrum,

EPISTOLA

Sathanas
infectat:
1. Intrinsic.

1. Co. 4. 4

Cyp. in E-
pist.

agminatim precipitet. Spiritualiter & intrinsicè plu-
rimorum hominum animos, Talmudicis superstitionibus,
Alcoranicis commentis, Pontificijs Traditionibus, imposturis
Jesuiticis, Calvinisticis sophisticationibus, Enthusiasticis sug-
gestionibus, Metaphysicis speculationibus, Pythonicis adparitionibus,
alijsq; modis penè infinitis, pro dolor, dementatos, à ve-
ritate coelesti ad mendacia & sophismata, à verà Fide ad diffiden-
tiam, à DEi amore ac timore, ad detestandum odium & secarie-
tatem, miserè deflectit atq; abducit. Hinc ab Apostolo, non
abs re, Deus huius seculi nominatur, non quòd Deus aliquis sit
sed quòd, quemadmodum S. Sanctus Veram Dei noticiam,
timorem, fidem, dilectionem, aliosq; pios motus verbo Dei
consentaneos: Ita malignus hic spiritus horrendas tenebras, Epi-
cureum contemptum, Cyclopicas vanitates, alijsq; deliramenta, cor-
dibus hominum instillat atq; infundit. Non desinit anti-
quus ille hostis, inquit Cyprianus, multiplicium tentationum
laqueos ubivis pretendere, ut quoquo modo fidem creden-
tium valeat infirmare: Omnium discutit mores, omnium
ventilat animos, omnium scrutatur adfectus, & ibi quaerit
ansam nocendi, ubi viderit quemquam diligentius occu-
panti: Novit enim cui opiniones perversas ingerat, cui
aureas vanitatibus ac fabulis prurientes subministret, cui vi-
rus sophismatum insundat, cui defectionis incitamenta prae-
beat: Novit quem superstitionibus dementet, quem confi-
dentià perdat, quem marore conturbet, quem gaudio fallat,
quem metu opprimat, quem sui admiratione perstringat
atq; in perniciem seducat: Blanditur ut fallat, arridet ut
noceat, adlicit ut occidat: Evam in paradyso ad apostasiam in-
figat, Saulom ad furias exagitat, Davidem ad numerandum popu-
lum incitat, Ahabum ad arma provocat, Christum ipsum ternè ten-

tationis

DEDICATORIA.

ratione adgreditur, Ananiam eiusq; uxorem ad mendacium inflectit
 Iſchariotem ad perditionem ſuiq; ipſius interneſionem impellit.

Foriſecūs Hominum Corpora & facultates invadit
 Sathanas, dum: A Dextris potentia, viribus, eminentia, ^{2. Foriſec}
 divitiis omniumq; rerum ſucceſſu & adfluencia, illos ^{CM.}
 partim ad blaſphemias in Deum ejuſq; verbum & fideles
 Eccleſia miniſtros; Partim ad Tyrannidem, bella, injurias,
 oppreſſiones, depopulationes, luxam, ebrietatem, contraef-
 ſationes, homicidia, ſcortationes & quavis alia ſcelera impu-
 nè perpetranda inſtimulat. Quatum enormitatum exempla
 evidentia nobis ob oculos ponunt; Pharaonis induratio, Sennacheribi
 blaſphemia, Nicanoris atheiſmus, Davidis adulterium, 1. S. 11. 4.
 6. 24. 2. Roboami truculentia, Jerobeami impietas, Nabuchodono-
 zoris idololatria, Belſazaru temulentia, Holſernis oppreſſio, Seleu-
 ci, Demetrii, Antiochorum horrenda perſecutiones, Exo 5. 2. 2. R. 23.
 22. 2. Mac. 15. 1. R. 12. 11 Dan. 3. 10. 4. 27. 6. 5. 1. 1. 7. 7. 2. Mac. 3. 7
 1. Mac. 1. 21. 6. 7. 4. Et, A ſiniſtris, paupertate, inſidia,
 morbis, carcere, exiliis, perſecutionibus aliisq; infortuniis,
 homines irritat ad impatientiam, deſperationem, periuriam,
 incantationes, rebellionem, ſeditiones, rapinas, fraudeſ, u-
 ſuras, furta, & id genus flagitia quàm plurima, Qualia
 ſunt: Iſraelitarum in Deum ac Moſen contumacia. &
 creberrimè murmurationes, horundem ſeditio, Saulis &
 Balachi cum Pythaniſſa & Bileamo conſultationes, Abito-
 phelis & Iſchariota avaritia, profugi Amalechite inſtimu-
 latio, Alcimi, Simonis & multorum Judaeorum perfidia,
 1. R. 12. 16. 1. S. 28. 7. Nu. 22. 2. 2. S. 27. 23. C. 1. 10.
 1. Maccab. 7. 5. 6. 9. 58. 2. Maccab. 3. 4. 6. 4. 1. &c.
 Sed quid multa?

DEDICATORIA.

seris modis diu adfixit; Ad nomen Jesu Christi, quoties invocabatur, tanto mugitu stridorēq; lævit, ut omnia sursum deorsum ferri & ruinam minitari viderentur. At vero ad Verbi ministrorum aliorumq; piorum preces & increpationes consternatus; alias tibias inflare & concionatoris more à fastu, faneracione, crapulâ, alijsq; id genus peccatis debortari; & tandem vi Verbi & Precum egressurus, omnes Dei & ministerij contemptores, omnes fornicationibus, crapula, usurisq; addictos, & corpore & animâ suos esse gloriari.

Huic non abſimilis videtur Pythonica illa vexatio, quam à die 10. Kalendas Octobris, A. 1627. ad 10. Kalendas Martias A. 1628, in Filiâ pij & venerabilis viri, Dn. Johannis olim Pastoris & Præpositi Kumbæi in Nerikâ, DEUS opt. max. ex arcano suo Consilio fieri permisit; Nisi quod Spiritus hi dispari modo aliquandò in illam ingrederentur, quandoq; egrederentur, quod numero nunc arctiores nunc auctiores essent, quod de futuris ambigè & falso coniectârunt, quod superstitionibus Iudæis & Reseruariis fenestras aperuerint, quod ab usu Clavium regni Cælorum non abſtinerint, quod se Coelo nunc exceptos nunc demissos jactitârunt, corpus Puella aliquandò exanime fecerint, mox vita restituerint, deniq; seipsos fallacibus portentis quasi Dæmonios ostentârunt.

Quibus prestigijs non ita paucos illusos deceptosq; à professionis sua Constantiâ nimis subito recessisse, ad sua ipsorum desideria sibi Doctores concervasse, & ad illorum fabulas, non sine detestando Ecclesie scandalo & multorum perniciæ recessisse, postquam Nobis satis superq; compertum esset; Neq; nostro Officio & Conscientiæ, neq; aliorum rectè sentientium expectationi, aliter satisfactum iri existimavim⁹, quam ut Sathanicis istis præstigijs, indeq; pullulantib. per-

EPISTOLA DEDICATORIA.

veris opinionib. nigrum *Œta* quanto cyus præhigeretur. Id quod fieri, quantum in Nob. erat, enixè operam dedimus, mox malo hoc glifcente, missis, illius avertendi ergò, ex nostro Consistorio in Nerikiam (cùm ob invidiositatem Neb. non esset integ. um) duob. Theologis; Deindè habitâ de Angelicarum adparitionum vanitate, in proximâ Synodo Egidianâ, ad Clerum & alios magno numero tum congregatos, publicâ Commonefactione; Et jam Tertium in ordinaria Visitatione Nerikianâ.

Orationem isthanc Commonefactoriam, Venerabiles, Clariss. & humaniss. viri, Fratres in Christo per dilecti, ad plerumq; vestrum cum postulaciones tum adhortaciones, recognitam auctâ q;, nunc tandem sub Nominum Vestrorum inscriptionib. publici iuris fieri passus sum. *Vobis n. ante alios scriptum hoc dedicatum; Quorum id ipsum præ alijs, & voto destinatum & vsui dicatum volui.* Accipite igitur illud serenâ fronte, Etq; ad Dei gloriam, Ecclesiæ emolumentum, Auditorum informationem, & cùm vestram tum ipsorum salutem, eâ quâ decet fide & sinceritate vimini frui mini! *Hinc si que utilitas in gregem Christi redundârit, soli DEO, à quo omne bonum proficiscitur, unâ mecum gratias agite; Cuius paternæ protectioni, vos omnes & singulos ex animo velim commedatis. Valete, & in operas vocationis atq; Ecclesiæ adificationem, unâ mecum fideliter incumbite! Non labor in Domino vester inanis erit.*

Scribebam Strengnesij, pride Kalendas Junias, A. p. p. 1630.

••(o)••

ORA-

ORATIO BOTÆTTIKĒ,
De
ANGELICIS & PYTHONICIS

Adparitionibus; Sigilla-
tim verò,

De
PRÆSTIGIIS KUMBLÆIS
in Nerikiâ.

AD officium Episcopi, h. e. cujuslibet Ecclesiæ
doctoris, Duo imprimis spectare, electum,
Spiritus S. ti ὁργάνον D. Paulus evidenter docet,
Tit. c. 1. 9. Quorum: Primum est, ἡδουκαλεῖν ἐν τῇ
διδασκαλίᾳ τῆς ὑγιανέου, h. e. instituire & exhortari
per doctrinam sanam. Secundum, τῆς ἀνυλέγουσας
ἐλέγχειν, Contradicētes seu à sanâ doctrinâ exorbitā-
tes, erroris convincere ac refutare. *Hasce officij Ec-
clesiastici partes, qui rectè & fideliter non fuerit executus,
Dominus Judicatus rediens separabit eum, ac partem ei ad-
signabit cum hypocritis; Illi erit fletus & stridor dentium;
Sententiam pronunciantē Christo.*

Cum a. compertū nobis sit, in hanc illustrem Dico-
cesin, Strengnensem perversas quasdam opiniones
non ita pride irrepsisse, Quarū ut famosiss. ; Ita etiam
perniciosiss. ibam Judicamus, Qua à Spirituum quorundam
paritionib. ante sesquicentium in Curia Pastoraliā Kum-
blensi factis, & spectris quibusdam, ut fertur, alibi quoq. vi-
sis, originem traxit. Unde quidam, non modò plebei, Sed &
sacerdotis ordinis alijs præclari viri studio novitatis fasci-
nati, ex opinione Collocutionum & adparitionum Angelica-

Episcopi
principū
officium.

Tit. 1. 9.

M. 2. 4. ult.

Opinionū
Fanaticæ
I. Irruo
pico.

B

rum

ORA-

rum sibijpsas laqueos nexuerunt, et se tandem suis somnijs devidendos alijs propinarunt.

2. Refuta
tio Bipar-
tita

Quamobrem, si quid de Eiusmodi Angelicis atq; Pythonicis Adparitionib. Primùm in genere; Deindè & Secundo loco, Quid in specie de Kumblicis illis, verè & piè sentiendum sit, ex Divinis literis paucis ostenderimus, Non abs re aut præter officium nos facturos existimam⁹. Id vero dum facim⁹, vos omnes & singulos æquis anis & aurib⁹, adfuturos, non possumus Nobis non habere pervalsium.

PARS I. DE ANGELICIS & PYTHONICIS ADPARTITIONIBUS.

NIBUS.

Angelici
visionibus
plurimi de
lectantur.

Euseb. l. 5
bit. Eccl.
c. 28.
Hieron. in
Epist. ad
Eustach.
virg.

Marul. l. 2
c. 1.

2. Cor. 6. 14.

Omnibus temporib. reperti fuerunt, qui Colloquijs & visionibus Angelorum plurimum tribuerunt. De Natalio quodam, in hæresin Samosatitanam prolaps⁹, refert Eusebius; Quòd a S. Angelis de errore in somnis sit admonitus; Sed cum negligenti⁹ visionē illam susciperet, a S. Angelis per totam noctē flagellat⁹ fuerit. Hieronym⁹ de seipso scribit, Quomodo revocatus sit per Angelos a nimia lectione Philosophorum Gentiliū, Tandemq; ad supremi Iudicis tribunal in calum tractus, accusatus, verberib. affectus, donec cum iuramento dimitteretur, ne unquam posthac alios, præterquam Divinos Codices præ manib. haberet. Postquam a. tanto studio legiset Divina, Quanto antea Gentilia non legerat, et mysteriosum cælestium dulcorem tandem plenus hausisset, in hæc verba prorupit: *Quæ pars Fidei, cum infidei? Quæ communitio Luci, ad Tenebras? Quis consen-*

NICIS APPARITIONIBUS.

ſua Chriſto, cum Belial? Quid facit cum Pſalterio, Horatio? Cum Evangelio, Marco? Cum Apoſtolo, Cicero? Demum ait: Non debemus bibare ſimul calicem Chriſti, & calicem Demoniorum, referente Marullo.

Judeos quoq; olim Colloquijs Angelorum multum tribuiſſe, conſtat ex Johannis c. 12. 29. Ubi cum vox de coelo ſuper Chriſtum audiretur, dicebat nonnulli, Angelum ipſi locutum fuiſſe. *Fanatici recentiores, ut pote Weigelius, Nagelii, Bodinus, Cornelius Agrippa, Roſacruciarum, & horum Aſſecta, hodie adparitiones Angelicas multum jactitant, & de Earundem informationibus plurimum gloriantur.*

Etiſi vero non inſicias imus, olim cum Deus adhuc multifariam multisq; modis loqueretur cum populo ſuo, uſum eſſe ipſum etiam in officio Angelorum. Quorum adparitionibus Sanctos Dei homines, de gratia & voluntate ſua certos reddidit, ut docet hiſtoria ſacra de Abrahamo, Lotho, Gedeone, Manoã, Joſeph, Zacharia, Beata virgine, Apoſtoli, Paſtorib. & alijs. *Idemq; etiam hodie fieri poſſe, ut Angeli pijs adpareant, eosq; in quiete de reb. quibuſdam admoncant: Verum tamen ut eos pro doctorib. noſtris propterea agnoſcamus, & doctrinae ac ſuggeſtionib. quae ab Angelis ſanctis profecta videntur, in omnib. fidem habeamus, neq; nobiſmet ipſis tutum, neq; S. Scripturae conſentaneum, neq; Deo glorioſum, una mecum ſentiunt hujus temporis Theologi & Eccleſiae Doctores grauiſſimi, Hiſce ſubſequentibus Argumentis nixi:*

Primum n. multa & varia recenſet S. Sanctus in Scripturis officia Angelorum, quib. Deus tum ad alia

Angelicis
viſionibus
non Cre-
dendum,
Demon-
ſtratur ab
G. 18. 17.
19. 15.
ud. 6 12.
c. 3 3.
M. 1. 20.
1. 1. 26
c. 2. 9.
Act. 1. 10

1.
Defectu
vocationis
Angelorum

plura, tum ad procurandam Electorum suorum salutem utitur; Partim illustranda sua gloria, partim majoris nostrae consolationis, partim etiam arctioris amicitiae inter nos & S. Angelos conservanda confirmandaq; gratia. Verùm ut docendi munere perfungantur, neq; Angeli aliquam habent à Deo vocationem, neq; nõ mandatum aliquod ut eos audiamus. *Quemadmodum n. Christus non Angelos; Sed semen Abraham, h. e. veram hominum naturam adsumpsit: Ita etiam non Angelorum; Sed hominum ministeria, in doctrina caelestis propagatione, post suum in caelos adscensum uti voluit. Quorum quosdam quidem apostolos, quosdam a Prophetas, alios vero Euangelistas, nonnullos a pastores & doctores constituit; In congregationem Sanctorum, ad opus ministerij & edificationem corporis christi, quod est illius Ecclesia. Ergo ut illos, muneri docendi sese nequaquam intrudere certissimum est: Ita & nos absq; Dei mandato, ipsorum institutionem vel expetere vel jactitare minimè convenit. Praesertim cum Doctorum missio & Auditorum. Fides arctissimo vinculo ab Apostolo conjugantur, his verbis: *Quomodo credent ei, de quo non audiverunt? Quomodo audient, sine Predicante? Quomodo predicabunt, nisi missi fuerint? Legitur quidem in actis, quod angelus Domini praeceperit Philippo, ut proficisceretur ad viam, qua descendit à Ierusalem ad Gazam, ut Eunuchum Aegyptium erudiret; Et quod Petrus interventu Angelica ad paritionis ad edes Cornelij, concionis habenda ergo, adductus fuerit: Sed tantum abest, ut Angelorum ad docendum vocatio, ex illis locis stabilietur; ut etiam planè evertatur & concidat. Quod si enim Angelorum opera**

Heb. 2. 15

Ep. 4. 11

Ro. 10. 15

Act. 2. 26

16. 22.

ad ministerium illud obeundum, DEUS adhibere voluisset; Nequid opus fuisset illorum interventu functionem illam Apostolis demandare? Siquidem simplici concinnius, quàm duplicato medio negotium expeditum iri, Divinae sapientiae fuisset convenientius. Cùm igitur de vocatione aut missione Angelorum ad docendum, nobis nihil certi constet; Quomodo igitur illorū institutioni fidem adhibere, deq; illorum doctrinā certi esse possumus? Quòd si id hesitantē ab aliquo fiat conscientia, peccatum censetur, & condemnationem meretur.

Deinde si DEUS S. Angelos doctores esse voluisset, omni dubio procul Catalogo eorum, per quos suam voluntatem hominib. patefactum iri decreverat, illos inseruisset. At vò nullibi in Scripturā id factum reperitur. Apostolus n. cū Hierarchiam Ecclesiasticā sibi describendam proposuisset, nullam planē ullius Angeli mentionem facit; Sed hominum duntaxat, per quos DEO Ecclesiam suam adificare placuit.

Quòd verò DEUS, non per Angelos; sed per Homines mortales nos informare voluerit, Causae sunt bis binæ: Primò, ratione sui ipsius. Etenim suam erga nos bonitatem eo ipso declaravit, Quòtoperè nimirum diligit genus humanum, dum homines hoc dignatus est honore, ut per eos nobiscum de rebus. Divinis loquatur, moneat & exhortetur; Undè & ministrorum ecclesiae verbum, non hominum, Sed Dei verbum appellatur. Deinde Divina suam Potentiam ita ostendere voluit; Quòd per ministerium Hominum in Ecclesiā, regnum Diaboli

Ro. 4. vlt

2o

Exclusion
ne Ange
lorū è Ca
talogo Do
ctorum Ec
clesia.

1 Co. 12. 28

1 Pt. 4. 11.

Causa vo
catis,

non Ange
lorum; Sed
hominum:

1.
Dei;

2. Bonitas
erga ho
mines.

1. The. 2. 1

2. Poten
tia.

11. *Hominum
i. infirmis-
simo*
 defruat, aperiendo illorum oculos, ut se convertat
 à tenebris ad lucem, & à potestate Sathanz ad De-
 um. Secundò; Infirmi-
 tati nostræ hoc modo con-
 sulit: Quia enim ad colloquia cum Angelis, natu-
 rà minùs apti sumus in hac infirmitate; I-
 deò per ejusdem sortis homines nobiscum agere
 voluit, Qui mitiùs nos tractare, & imbecillitati no-
 stræ condolere possunt; *Cum Angeli, si doctores Eccle-
 sia essent, peccata populi igneis fulminibus fuissent ulturi,*
 2. Obedi-
 entia. *ut Chrysostomus loquitur.* Præterea Obedientiã nostrã
 hac ratione probare deo voluit; Quã dum præstamus
 ministris Ecclesie, ipsi Deo officium exhibemus debitum,
 1. 10. 16.
 Πρόλη-
 Ψis.
 juxta illud: *Qui vos audit, me audit.*
 At, inquires plurib. Testimonijs & Exemplis demonstrari po-
 test, Deum suam voluntatem, tam in N. quam V. T. ho-
 minibus per Angelos patefecisse! *Quidam idem etiam hoc*
 Heb. 1. 2. *tempore fieri poterit?* Pròlepsin hanc egregiè solvit
 Apostolus, ostendendo longè aliam esse rationem,
 Priscorum & Recentium temporum, hisce verbis:
Multifariam & varijs modis olim Deus locutus est Patribus
in Prophetis; Sed novissimis hisce temporib. locutus est nobis
 M. 17. 5. *per Filium, quem propriã voce, celesti claritate indutum,*
Doctorem proclamavit, & ab omnibus audiri jussit, inqui-
ens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene compla-
cui; Ipsum audite! Is quemadmodum mysterium
 J. 1. 18.
 15. 25.
 redemptionis, tempore exinanitionis suæ, è sinu æ-
 terni Patris propria voce promulgavit: Ita in Cœ-
 los adscendens officium docendi Evangelium in Ec-
 clesiã non Angelis; Sed suis Apostolis comendavit,
 qui illud postea suis Discipulis ad omnem posterita-
 tem

tem propagandum fideliter commiserunt: *Salus n. Heb. 2. 3.*
 qua primùm per ipsum Dominum enarrari cœpit, ab his quæ
 audiverunt, in nos confirmata est, inquit Apostolus. Horum
 ergo, Apostolorum inquam, Ministerio in ijs quæ ad
 Salutem & vitæ sanctimoniam spectant, utendum
 est: Illi constituti sunt ministri Christi, & dispensatores
 mysteriorum Dei; Illi nomine Christi legatione funguntur, *1. Co. 4. 2.*
 per quos Deus nos exhortatur ut ipsi reconciliemur; Illi Spi- *2. Co. 5. 20.*
 ritus Sancti sunt coadjutores, qui ut sapientes architecti sa- *1. Co. 3. 9.*
 lutis fundamentum posuerunt nobis, quod est Jesus Chri- *M. 10. 20.*
 stus; Illi sunt, per quos Spiritus S. loquitur, Quiq; de Chri- *1. 15. 26.*
 sto testimonium perhibent; Illos Christus præcones posu- *Eph. 4. 12*
 it cœlestis doctrine, ad consummationem Sanctorum,
 ad opus ministerij, ad ædificationem Corporis Chri-
 sti; Donec occurrerimus omnes in unitatem fidei, & agni-
 tionis Filij Dei, in virum perfectum, ad mensuram plenitudi-
 nis atatis christi. Ubi vò Scriptura commemorat, illas
 Divinorum mysteriorum dispensationes, Legationes
 illas pro Christo, illam salutis architecturam, &
 cœlestis doctrine præconia, S. Angelis, non dicam
 Spectris & Pythonib. quibusdam, concedita esse atq; de-
 mandata? Nullibi, meherclè, Saulo in viâ Damasce-
 nâ quærenti, quid sibi esset faciendum? Responsum
 fuit; Ut non Angelos; Sed discipulum Christi Ananiam, *Act. 9. 6.*
 quid facto opus esset, consuleret: Leprosi decem ad Sacerdotes *L. 17. 14.*
 ablegantur; Fratrib. epulonis Lazarus, quem ab Abra- *16. 27.*
 hamo postulavit, non mittitur, neq; ut Angelos;
 Sed Moſen & Prophetas audiant, illis injungitur.

Ast quid causæ est, Cur Deus hodiè non ita
 per Angelos nobiscum agat, sicut in V. T. olim.

DE ANGELICIS & PYTHO-

factum est: Istius rei hasce causas mementote: Pij in V. T. ad huc pueri erant, quib. lacte & non solido cibo opus erat: Ideo ut cæteris Ceremonijs; Ita & ad paritionib. Angelorum in solatium & confirmatione indigebant: Nunc incarnato Christo, & Spiritu S. largiter nobis donato, deniq; univ. raso mundo Evangelij luce illustrato, non mittit Deus amplius Angelos; Sed vult ut conversatio nostra in coelis sit, nō Angelorū prædicatio in terris. In initio quoq; N. T. adhuc usitatae fuerunt Angelorū ad paritiones; Quia tunc opus erat confirmationib. celestibus: Nunc a. satis confirmatus est verbus Dei, ut Angelicā confirmatione aut spectrorum ad paritionibus, amplius non sit opus, ait Bald. in Casib. conscientia.

Bald. 1. 3.
c. 3. ¶ 7.

3.

A Paulina
adhorta-
tione se-
peritate.
2 Co. 11. 4
Coll. 1. 18.
Theod. in
1. 5. ad Col
los.

Gravissima præterea est Apostoli Pauli ad Gal. 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Canon: 33

Gal. 1. 8.

ut ne quidem angelo aliud Evangelium è caelo adferenti credamus, cum non sit aliud, quàm quod prædicatum fuit ab Apostolis. Quib. verbis Spiritus S. innuit, sufficientissimum nobis esse audire & credere ea, quæ DEUS Apostolorum operâ nobis credenda proposuit. Levitatis ergo est, & detestanda impietatis, relicta Scripturâ & posthabito sacro ministerio, angelorum aut Spectrorum querere & expectare revelationes.

Malè fortassis quosdam habebit, quòd ex Angelicarum informationum auscultatione, Levitatis insimulentur! Esto; At si ab apostolo, imò à Spiritu S. 1o à πρῶτος seu defectionis à fide arguantur; Quanto animi angore quibusve conscientia stimulis adfectos existimabit? Disertè n. prædicat Apostolus, Fore ut in novissimis temporib. deficiant quidam à fide, Spiritibusceptorib. attendentes. Ex quo loco, Apostata suo merito nominantur, quotquot hodiè visiones & colloquia Angelorum aut Spectrorum ludificationes expequant & venerantur.

Accedit & hoc, quòd in adparitionib. & colloquijs Angelorum & Spectrorum valdè prona sit ad Deceptionem via. Etenim cum diabolus sæpissimè sese in angelum lucis transformare, certissimum sit; Nemo per omnia certus esse potest, an bonus vel malus Angelus ipsi adparuerit, aut locutus fuerit. Multi n. ex venustate formæ & sermonis suavitate, quæ se adparentes Spiritus faciunt amabiles, colligunt Sancto se vidisse Angelos, cum reverâ sint Spiritus mali & impostores. Etenim plausibilem præ se formâ diabolus ferebat, Etiam decipiens in paradyso; Sau-

4.

Apostatarum proprietates

1. T. 4. 1.

sa

Incommodo Deceptionis.

2. Co. 11. 14

Gen. 3. 1.

1.5.25.14. *li vel potius mulieri pythonicæ Spectrum adpa-
 ruit in specie viri senioris, pallio byssino amicti ut
 Prophetæ & iudices vestiri consueverunt. In formâ
 Angeli boni adparuit Anatolio cuidam adolescenti,
 Sulpit. 6. ut est apud Severum Sulpit. in vitâ Martini. Is sub-
 25. *monasticâ humilitate aliquandiu latens, angelos apud se
 loqui dicere solebat, & ad hoc credendum signis quibusdam
 persuadere conabatur. Inter cetera autem signa erat vestis,
 quâ se à Deo indutum agebat, eamq; à reliquis Fratrib. ad-
 hibito lumine diligenter inspectam tactamq; summâ molli-
 cie, candore eximio, micante purpurâ; nec tamen cuius esset
 velleris aut generis poterant agnoscere. Rem igitur ad Mar-
 tinium referre volebant; Renuerat adolescens, sibi id inter-
 dictum esse indicans: Sed cum inuitum ire compellerent, in-
 ter trahentiu manû vestis evanuit, & ita illusio Sathana ma-
 nifestata fuit. Eodē in cap. legitur, adparuisse diabolū
 Martino oranti in cellâ, tectum luce purpureâ, veste re-
 giâ indutum, diademate, gemmis & auro redimitum, calceis
 auro illitis, sereno ore, lataq; fronte, dicentem: Agnosce me,
 Martine, quem cernis Christus ego sum, descensurus ad ter-
 ram, prius me manifestare volui tibi: Et hæc iteranti, re-
 spondit martinus; Non se Iesus Dominus purpuratum ven-
 turum esse prædixit; Ego Christum, nisi in eo habitu formâq;
 quâ passus est, nisi stigmata crucis ferentem, venisse non cre-
 dam; Et sic Demon, relicto fœtore, evanuit. De alio quo-
 dam Monacho fertur, in vitâ Martini & Clementis,
 apud eundem Sulpitium, Quod habuerit Patrem non
 procûl habitantem: Is Filium aliquandō invisurus securim
 secum portabat, quâ in reditu ligna domum conferenda ca-**

NICIS APPARITIONIBUS.

deret: Quare demon, in specie angeli boni, monacho hinc
 adparuit, Diabolum in Patris formâ cum securi adventare,
 ut eum jugulet nuncians, adfirmansq; se eâ causâ praveruisse
 monitum Eremitam, ut is Sathana conatus praverteret, pri-
 us illum occidens quam ab eo interficeretur. Itaq; Patrem,
 adventantem ratus esse Diabolum, confestim interemit; Et
 vicissim monachum demon e vestigio strangulat. Roten-
 burgi ad Thubarum fl. honesti viri ædes frequenta-
 re solebat quidam, & vestium splendore & divitia-
 rum jactatione, nobilitate illustrem se virum pro-
 fessq; duos sibi adjunctos habens comites, vestitu nō
 minus precioso indutos. Adducebat tibicines, convi-
 via choreasq; instituebat, sub prætextu ducendi illius patris
 familias honestam filiam; Se nobili stirpe natum adfirma-
 bat, divitias immensas, arces, prædia in longinquis terris
 sibi esse plurima, nec quidquam eorum quæ in hoc mundo
 optari possint deesse, præte uxorem decoris ornatam mo-
 ribus. Displicuit tandem patris familias, hospitibus ejusq; socio-
 rum importunitas; Quæ res eum movit, ut hospitibus istis
 adventantibus illius loci Verbi divini ministrum quoq; ad cæ-
 nam vocaret, & pia cum eo ex verbo DEI inter cœnandum
 misceret colloquia, vehementer hospitem ejusq; socios offen-
 dendia. Quare aliam dicendi materiam querentes, multas,
 inquam, facetias esse, quæ potius convivis exhilarandis in-
 serviant, quam divini verbi interpretationem; Se rogare ne
 eis ulterius sacris colloquijs tedium & molestias creare ve-
 lint. Ex quib. facile cognovit Pater familias diabo-
 licum convivarum istorum ingenium, & jam satis
 advertus Diaboli insidias confirmatus; Apagite, in-
 quit, vos scelerati nebulones, nihil emcum & cum

Manl. in
 Collectan.

meis vobis commercij; Baptizati nos sumus, & pre-
 ciosissimi Christi sanguine redempti, Is quoque nos ady-
 fus Diabolicas vestras insidias tutabitur. *His dictis*
magno protinus cum strepitu impostor ille tartareus, cum
suis socijs evanuit, relicto post se fatore teterrimo, auctor
suspensionum hominum cadaveribus, ut auctor est Man-
lius in Collectaneis. In discipulo de temp. Historias
rescensetur de milite impio, qui nocte diesque in nullâ aliâ re,
quâ in lusu adquiescebat, marsupium nummis refertum,
in promptu semper habens, ut in quemcumque, incideret, ad
ludendum paratus esset, in jactu tesserarum adeo expeditus,
ut cum quocumque ei res esset, victor semper evaderet. Ve-
rùm ut constaret omnib. dolosum istum & fraudu-
lentum ludendi morem, ex quo blasphemix, rixæ,
cædes aliarque calamitates oriuntur, Deo sumopere
displicere, Sathanæ permissum fuit, ut is ludendo
cum illo certaret. Multos n. gravi mœrore adfeca-
rat, fraudulenterque ludendo pecuniâ privarat. Itaque
noctua opportunitatem Sathanæ nactus, alectoris personâ ad-
sumpta militis aedes ingreditur, protinus mensæ adsidens, lo-
culos nummis distentos tesserisque, hilari vultu in mensam
proicit, ludendoque omnem militis pecuniam obtinet. Fortu-
nam sibi adeo adversam esse demiratus miles, plenus furoris,
ergone, inquit, tu Sathanas es? Ad hæc ille; Satis jam
lulimus, dies mox iliuescet, abeundi jam tempus.
Quib. dictis, Sathanas arreptum militem per tegu-
las secum sublimem abduxit, cujus intestina tecto
inter tegulas adhæseret; Quorum verò corpus eius abla-
tum sit, nemo usquam comperit. Friburgi in Misnia, vir
quidam pietate & aetate venerandus cum gravi morbo de-

Manl. in
 Collect.

NICIS APPARITIONIBUS.

cumberet, ultimusq; dies ei jam instaret, Sathanas pontificali veste amictus eum solum forte relictum accessit, senemq; in ipso agone vehementer exagitans de eo postulavit, ut singula delicta, quae in vita sua commisisset, ordine enarraret, eaq; ille chartam & atramentum in promptu habens excepturus erat. Verum cum Senex ex verbo DEI postulata Sathanæ vehementer impugnaret, nec tamen ille à suâ importunitate desisteret, tandem ait senex: quãdoquidem ergò omninò hoc urges, ut sigillatim tibi delicta mea tibi enarrem, Scribe itaq; hujusmodi primùm factò exordio; Semen mulieris conteret caput serpētis. Quibus auditis Sathanas chartam atramentumq; in terram proiciens, relictog; post se ingenti fœtore evanuit. Senex paulò post in Christo placidâ morte obdormivit, referente Manlio. *Plura hujus generis videntur apud Johan. vierum, de prestigijs Dæmonum.* Ecquis jam in istis illusionib; Dæmonum, arbiter erit, an bonum vel malum Angelum viderit? *Verissimum ergò est, ut supra monuimus, pronam esse ad fallendum viam, in colloquijs cum Angelis & Spectrorum visionibus; Quae vel eo nomine expetere aut venerari usquam debemus.*

Non desunt exempla eorum, quorum curiositas hoc in genere & temeritas ludibrio fuit exposita. Saul consulens Samuelem imaginarium, hoc responsi accepit: Cras tu & Filij tui mecum eritis. Verum tamè aliam viam impius Saul, ex merâ desperatione in ipsi manus iuferens; aliam a. pi9 Jonathã, pro patria honestè moriens, est ingreſsus. *De quibus Euseb. hist. Theodoretò & alijs montanistis, refert Eusebius. Quodam*

Vier. l. x.

6.

Exemplis Deceptionis.

Euseb. hist. Eul. l. 5.

tabulæ 6. 15.

DE PRÆSTIGIIS

rabiles jactant visiones, ex quibus se percepisse dixerunt, mundum brevi collapsurum: Eventus a. docuerit, quam turpiter fuerint decepti. Idem patrum nostrorum memoriâ, accidit Munzero & alijs Anabaptistis. Mahomet persuasit mundo, se in cœlum raptum, accepisse per Gabrielem Archangelum, perniciosas illas Alcorani sui præstigas ac supersticiones, Clericus quidam, ut Cæsarius refert ex Discipulo de temp. supra humanam sortem vocis suavitate excelebat. Quem cum aliquândo vir pius & sanctus canentem audiret; Vox ea non est Hominis, inquit, sed Sathana; Cumq; eum adjuraret, è vestigio Sathanas ex corpore exiit, corpusq; exanime collapsum est. In Papatu multum fuit datum ad paritionib. Spirituum, à quib. statim suorum demortuorum in Purgatorio cognoscere voluerunt; Sed quam miserè fuerint decepti, experientia, qua stultorum magistra dicitur, edocuit. At hoc ex justo DEi judicio factum est, punientis curiositatem hominû, Quib. dum dilectam veritatem recipere noluerunt, efficaces ejusmodi errores insinuit, ut credant mendacio, & judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

2. Th. 2. 12

Ex his omnib. promptum est colligere, quam periculosum, & bonam partem in DEum injuriosum sit ac blasphemum, Angelorum Spectrorumve vel expetere vel jactare visiones & colloquia. Quam proinde consuetudinem, quibuscumq; etiam pingatur ratiunculis, fabulis & historiis, modis omnib. improbamus, & ut pij omnes ab eadem abstineant, seriò monemus atq; adhortamur.

PARS II. DE PRÆSTIGIIS
KUMBLÆIS.

Diximus de suspectis Angelorum & Spectrorum visionibus. Studiosè evitandis, quantum hujus temporis ratio permittit: Nunc illas, quæ in ædibus honorabilis viri Dn. Johannis, olim Præpositi & pastoris Kumblensis in Nerikiâ, piæ memoriæ, per ejusdem Filiam Margaretham, à die 22. Octobris, Anni 1627. ad 20 Februarij A. 1628. acciderunt, non quidem salutare honorum Angelorû apparitiones; Sed infid. osas Cacodæmonis præstigias fuisse, ad probationem Fidei & constantiæ Piorum; Impiorû verò & hostium veritatis vel increpationem & resipiscentiam, vel uberiores fascinationem & pœnam, justo DEi judicio permissas, paucis declarabimus.

Etsi Diabolo ejusmodi titulus attribuat, quòd sit princeps aëris, & ab Apostolo Petro rudentibus, inferni constructus, atq; in tartarum damnationi traditus dicatur; Non tamè existimandum est, illum vel in regionibus aëris, vel in inferno detentum, procul esse à nobis. Regnum n. suum habet in hoc mundo, & propior nobis est, ut loquitur Lutherus, quàm vel tunica vel interula nostra, imò ipsa etiam cutis. In paradiso Diabolus adjunxit se Protoplastis, & astutiâ suâ Evam seduxit: Primis fratribus, sese immiscuit, & ex alterûtro homicidam fecit; In medio Prophetarum comparuit, & quorundam ora mendacis opplevit: A Discipulis quoq; Christi, imò ab ipso Christo non absuit, quorum illos instar tritici cribrare; Hunc in-

Diaboli

Tyrannus.

in:

1. Ph. 6. 12

2. Pe. 2. 4.

1.

Omnes ho-

mines.

2. Co. 11. 3.

G. 4. 8.

1. R. 12. 12

M. 4. 3.

L. 2. 31.

per.

DE PRÆSTIGIIS

8 12. *perniciosa seducere, conatus fait: Concionib sacris in-*
teresse Diabolos, Christus testatur in parabola de
quadruplici semine: Satan ipse fatetur, se circumire
& perambulare terram: Et D. Petrus scribit, cir-
cumire ipsum nos instar ionis rugientis, & quære-
re quem devoret. Circumsit ille nos singulos, & tanquam
hostis clausos obsidens muros explorat, an aliqua sit pars mē-
brorum minus stabilis & firma, cujus aditu ad interiora pe-
netretur, teste Cypriano. Magna quoq; est potentia
Sathanae in animos hominum, non malorum tantū;
Sed etiā piorum, qui interdum sentiunt suggestio-
nes pravas ad ebrietatem, libidinem, avaritiam,
iram & similia peccata, ut docent exempla Noai, Lo-
thi, Davidis & aliorum: Sentiunt pij impedimenta in
auditu verbi, in precib. in officijs vocationis, & a-
lijs pietatis exercitijs; Quæadmodū Paulus expressè scri-
psit habere se Angelum colaphizantē; Quod Patres de ten-
tionib, interpretantur: Item impeditum se à Sathanâ fu-
isse, quò minus Thesalonicenses inviserit. In statu Eccle-
siastico sunt Dæmones Sacri, qui Religionem tur-
bant, verum Dei cultum impediunt, ad superstitiones
& ociosas Spectrorum visiones persuadent, mentesq; infide-
lium excecant, ne fulgeat eis illuminatio Evangelij. Repe-
riuntur dæmones Aulici, qui consilia bona impedi-
unt, Qualis erat angelus Persia, consilijs sanis resistens die-
bus vigintiunus; Quicq; principes ipsos in peccata precipi-
tant, ut Davidem ad numerandum populū. Sunt etiam
Dæmones Domestici, qui jurgia inter conjuges ex-
citant, liboris & rei familiari damnum inferunt,
cujusmodi fuere, qui Jobo maximarum calamitatum autho-

DE PRÆSTIGIIS

transformare, facie Spectosâ instar Solis, stolâ micante adpare-
 vere, tristidâ manu flammeas gestando faculas incedere, con-
 cionatorem, exorcistam, miraculorum ostentatorem & fu-
 turorum Buccinatorem, solertiss. agere; Undè istiusmo-
 di illû reverâ esse, qualè sese externâ specie repræse-
 tabat, bonum scil. Angelum, non solùm qui ibi &
 tum temporis & postmodùm præsentis fuere; Sed
 etiam plariq; omnes, ad quos Tragedia istius rumor
 penetravit, arrectis aurib. animisq;, nõ sine maximo
 adplausu adripuerunt, crediderunt circumtulerunt.

*O miserâ hominum mentes, o pectora caca,
 Qualib. in tenebris, dolor heu, quantissq; periclis
 Degitur hoc ævi, quodcunq; est!*

Utinam toleraretis paulisper insipientiam meam!

2. Co. 11. 1.

Imò verò tolerate me! (Placet n. vos, auditores, iisdem
 verbis nunc adloqui, quib. apostolus suos Corinthios) Æ-
 mulor n. vos DEi Zelotypiâ: Despondi etenim vos
 uni viro, ut virginem puram exhiberem Christo:
*Timco a. ne quoquo modo, sicut serpens ille Evam seduxit
 astutiâ suâ; Ita corrumpantur mentes quorundam vestrâ
 à simplicitate quæ est in Christo Jesu.*

A,
 Concionû
 frequen-
 tiam,

Refutatio,
 ab:

Angelosné bonos fuisse existimabitis, qui ad Mar-
 garetham ingressi sunt nocturnis hõris, propterea
 quòd Concionatores egerint, peccata hominû repræhender-
 rint, ad Pœnitentiam, absolutionem, S- Cœnam, vitæ novit-
 atem, &c. admonuerint? *Speciosa, me Christe, illa viden-
 tur, & salia quæ etiam eruditiss. & devotis facillè imponerent.*
 Neq; verò nos diffitemur, bona quæ sunt & Legi
 DEi conformia, à Bonorum Angelorû instinctu ani-
 mis piorum ut plurimùm instillari, Quemadmodû

n. illi voluntatem D^Ei sponte suâ faciunt: Ita ut ab alijs fiat, strenuè laborant, impuris cogitationib. resistunt, ad preces animos hominum accendunt, se^gniores in officio exci-
tant, & donum quod in ipsis est exsuscitant; In quem finem etiam sacris intersunt, & animos auditorum devotos atq; attentos faciunt. Verumtamen fieri potest, ut Mali Angeli hoc in genere imitentur Bonos, honesta interdum præcipiant, illicita prohibeant, mundiciem confectentur, utilitatib. provideant; Sed hoc fine, ut q. boni & propitij admittantur, audiantur benignius, amentur arctius, exaudiantur facilius. Habitu etiam induunt venerabilium personarum, ut eis major & promptior reverentia impendatur, ut de illis scriptum reliquit Job. Salisburgensis. Nam servitorib. suis suggerere possunt Diaboli, ut intersint cætib. sacris, audiât verbum, utantur S. Eucharistiâ, expetant preces & suffragia piorum; Sed duntaxat per hypocrysin, ne videantur tales, quales reverâ sunt. Fallit n. diabolus svadendo bonum, propter majus malum inde oriturum; Svadendo malum, sub specie boni; Dissvadendo bonum, tanquam malum; Dissvadendo malum, ut pejus inducat. Sicut n. Deus adeo est bonus, ut nullum malum permittat fieri, ex quo non nôrit majus bonum elicere: Ita Diabolus adeo est malus, ut nunquam svadeat bonum, nisi ut gravius inde eliciat malum, ut refert Balduinus ex Salisburgensi. Svasionum, istiusmodi Exempla non desunt. Enimverò conat9 est Diabolus: 1. Persuadere Christo bonum, scil. ut ex lapidibus panes faceret, ad famem sedandam; Quod malum hoc inde deduceret, Se nimirum Christi & consultorem, & informatorem ac magistrum preclamatum iri. Eidemq; ut

Is
Diaboli
præstigijs.

Salisb. l. 2
re-
policrat.
ca. 27.

M. 4. 30

DE PRÆSTIGIIS

v. 6.
1. R. 22. 0.

G. 3. 4.

II.

Incommodis
Concionis
Kumblæ, qua
sunt:

a.
S. Ministerii
in contem-
ptus, De-
monstratur, ab:

Ababo, malum sub specie boni, ut scilicet Ille è pinnaculo templi sese deorsum precipitando, sibi nomen faceret; Hic bellum moveret contra Ramath-Gilead, ut victor evaderet, illamq; suæ subiceret potestati. 2. Dissuadere; Evæ bonum, h. e. obedientiam mandati Divini, de non comedēde fructu arboris vetitæ; Tanquam malum, divina scilicet sapientie, cujus esu isto fierent participes, carentiam: Suis Kumblæis malum, seu superbia, avaritatem, aliq; peccata contra primam Tab, ut in pejora, Verbi nimirum Divini & S. Ministerii, h. e. DEi ipsius juxta illud L. 10. 16. odium atq; contemptum illos raperet.

At, inquiet aliquis, quæ mala, quæso, à Spirituum per Margaretham Kumblæam loquentium, svasionibus demonstras profectura?

Dicam, auditores quod res est, idq; non fucate; Sed ex ipsa historia adparitionis istius, ab honorabili viro illius Parente, omnium quæ Filia acciderunt imprimis gnaro, ad me luculenter perscripta, & etiamnum in archivo Consistorij Strengnensis reservata. Primum & omnium nocentissimum malum illud est, quod callidis illi præstigiatores sibi principaliter propositum habuerunt, nimirum, ut adrogatâ sibi concionandi absolvendiq; potestate, S. Ministerium in summum contemptum, & populum nimis credulum in maximam sui admirationem adducerent. Sed neq; voto suo sunt frustrati; Enimvero non vulgus solum, verumetiâ Sacri ordinis nonnulli, diebus tam festis quam profectis, temporibus nocturnis atq; diurnis, relictâ re familiari, & concionib, ordinarijs in templis propositis penitus neglectis ac posthabitis, ad fundum patoris Kumblæi agminatim confluant, ædes

partitiss & areas propinquas interiores huius ac exterio-
res complent, & ubi illæ tam copiosæ multitudinis homi-
num non erant capaces, tecta scandunt, in intima conclavi-
fese intrudunt: *Quid ita? Scilicet ut cælestes illos prophetas &
cælitius, si Dñs placet, sibi demissos doctores auscultarēt ac ve-
nerarentur.* At verò eo modo tempus illud novis-
simum nunc præ foribus esse commonstrarunt, de
quo Apostolus: Spiritus disertè dicit fore, ut postre-
mis temporib, desciscant quidam à fide, attenden-
tes Spiritib, erroneis & doctrinis Demoniorum.
Item, erit tempus, cum sanam doctrinam non tolerabunt;
sed aurib, prurientes, ipsi juxta sua desideria concervabūt
sibi Doctores, & à veritate quidem auditum avertentes, ad
fabulas & anigmata convertentur.

Quo in loco, sodes, verbi prædicandi facultas?
Apud quem Evangelistam, potestas clavium? In
quânam apostolicâ epistolâ, in quo capite quove
versu, ordinis & *Εὐαγγελιστῶν* in Ecclesiâ constitu-
endæ authoritas, post Christi in cælos adscensum,
(*aliâ siquidem esse V. T. & Ecclesia primitiva in N. T. a*
rationem supra docuimus) Angelis concredita vel de-
mandata legitur? *Certè nusquam.* Ad solum DEi Ver-
bum & S. Ministerij institutionem, Ecclesia N. T.
unicè est adligata. Illud n. scriptum est, ut creda-
mus Jesum esse Christum filium DEi, & ut creden-
tes vitam habeam⁹ in nomine ejus; Illud est poten-
tia DEi, ad salutem omni credenti; Eò Christus gehe-
nam inferni evitaturos, Eò Apostolus beatitatem,
æternam consecuturos ablegat; *De Angelorum a.*
visionibus & colloquijs, ne verbum quidem.

Novis.
Temporis
periculu.
1. T. 4.1

2. T. 4.3.

2. Defectu
vocationis

1. 20. vlt.

Rom. 1. 16

L. 16. 29.

2. Pet. 1. 19

Ad S. S. & Apostolorum testificationem, Christus ad Patrem abiturus provocat, inquit: Cum venerit Spiritus veritatis, Ille testimonium perhibebit de me; Sed & vos testimonium perhibebitis; Quia ab initio mecum estis. Illis ipsi Christi dedit mandatum eundi in mundum universum, & prædicandi Evangelium omni creaturæ; Illis Christus insufflavit, dicens:

1. 15. 26.
R. 6. 1.

1. 10. 22.

Accipite S. S. Quorumcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis; Et quorum retinueritis, retenta sunt. Angelorum in hisce negocijs, planè nulla sit mentio. Quâ igitur auctoritate illorum concursus, Quib. fundamentis fides; Cujus testimonio sperata salus eorum nititur; Qui extra DEi auctoritatem in Verbo expressam, contra fundamentum à Christo positum, & præter S. S. ti ductum, novas illas & fictitias Angelorum adpariciones in delitijs habent, ipsi viderint: Illis sanè equiparandos Christus censet, qui domum suam adificant super arenam. Cum n. decideret nympus, & venirent flumina, & flarent venti irruentes in domum illâ; decidit quantocyus, & fuit ruina illa magna.

M. 7. 26.

3. Circum

stantijs cõ

cionis, qua

rum: A.

A Spiritib.

1.

Disparitas

Adpariti-

onum.

G. 15. & 3.

Nu. 22.

His ita præmissis, videamus paulisper Concionũ istarum circumstantias, ut vel inde iudicium fiat, Bonisnè an Malis Spiritib. sint adscribendæ.

Malos Spiritus tam Scriptura quàm Experientia testis est, intrare in homines, illorũq; linguis ac labijs sermocinari: Bonos verò nõ itidè; Sed vel in aliqua specie corporis, vel manifestâ corporis adsumptione, ut contrectari possint, legationum suarum in unera apud homines expedijse. Abraham n. angelo lavit pedes; Jacob cum angelo luctatus est; Asina & Bileam viderunt angelum

KUMBLÆIS.

stantem in viâ, evaginato gladio; Pastoribus, Zacharia, Apostolis & Mulieribus adparuerunt Sancti Angeli in formâ externâ. Quæ adparitionum disparitas; lusum spectatorib. Kumblæis Sathanam suis præstigijs fecisse, evidentissimo est argumento.

Sed & illud valdè est insolens, Margaretham Kumblæam; Tres illos Spirituales prædicatores in lectum adscendentes, hauriendo seu inspirando adsumpsisse; Bonos & malos simul eodemq; tempore illam inhabitasse; Utrisque contraria planè loquentibus, lingua sua usum mirabili quadam vicissitudine adcommoðasse. Insufflando Christus S. Sanctum discipulis contulit, J. 20. 22. Hi verò non hauriendo; sed credendo illius facti sunt participes, act. 15. 8. Bonos & malos Angelos, idem subjectum occupare, eademq; lingua uti simul & eodem temporis momento, tam est possibile & veritati consonum, quàm Christum & Belial inter se convenire; Fidelem cum infideli communionem habere Et mensè Domini ac Demoniorum aliquè simul participè fieri, 1. Cor. 10. 21.

Quorsum etiam variatio multitudinis spirituum illorum, quod aliquando 3. quãdoq; 7. ntic 17. demm 700. cum baculis, paxillis & catenis ferreis, adparuerint? Illorum primò 3. deindè 7. haustu quodam à puellâ absorptos, reliquis extra illam & separatim in cubiculo manentibus? Nonne sufficeret, vel tres, quot Abrahamo? vel duos, ut mulierculis in Christi resurrectione? vel unum saltem ut Zachariæ? sive Divinæ voluntati patefaciendæ, sive Diabolis eijciendis, sive miraculis edendis adhibuisse? Nisi, non quidem septeni boni septenis malis; Sed septenis malis septingenti boni opponeren-

L. 1. & 2.
M. & R.
vlt.

2.

Haustus
Spirituum

3.

Numeri
Spirituum
varietas.

DE PRÆSTIGIIS

tur. In exercitu Assyriaco unus saltem Angelus, 185000 armatorum unâ nocte jugulandis sufficiebat, 2. R. 19. 35. At hic 7. demonib. eijciendis vix 700. Angeli parvi sunt, nisi plurib. expostulationibus, increpationib. interpellationib. adhibitis etiâ catenis ferreis, vinculis, fustib. alijsve ejus generis terriculis & armamentis. O Angelos valdè imbelles etq. imbecilles, Spiritib. illis administratorijs, quos Scriptura nobis vigiles & defensores commendat, multis parsangaris inferiores infirmioresq.!

B. 4 Sexu
Famino.

Hæc prima erat Kumbæarum concionum circumstantia; Altera est in sexu Fæmineo, cujus imbecillitate Diabolus in paradyso nixus, Evam seducendo totum genus humanum in barathrû inferni præcipitavit, G. 3. Placuit quidem Deo, in V. vi & initio N. T. ii Fæminarum ministerio ad suam voluntatem manifestandam uti, velut Debora, Hulda, mulierum Christum inter mortuos quærentium: Sed in desuetudinem abiit

1. Cor. 14.

34.

1. T. 2. 11.

C. A. sub

jectâ ma-

teris.

ille manifestationis modus, Apostolis ad munus docendi accitis; Idq; expresso hoc S. Sancti mandato; mulieres in conventib. taceant; Non n. permittitur eis ut loquantur, sed ut cum silentio discant, in omni subjectione. Quod igitur Fæminæ interventu conciones illæ sint habitæ, non levem præbet suspensionem Diabolicæ seductionis.

Tertia Circumstantia est in subjecto concionis, quod maximâ partē tam est insulsum & ridiculū, ut potius plebei hominis garrulitati, quàm Sanctorum Angelorum facundiæ sit adscribendum. Mentionem quidem alicubi faciunt, enormium peccatorum fugiendorū, & penitentia ac vita novitatis instituenda, ut moris est Spi-

KUMBLÆIS.

ritib. istis seria iocosis & vera falsis quandoq. commiscere, ne
penitus impostoras & mendaces deprehendantur: Potissim^o
tamen illorum sermo versatur in frivolis quibusdā
& externis superbiæ notis reprehendendis, cujus-
modi in nostro idiomate recensentur: Walctar/ bun-
tor/bredhe huffwtdlādhen/cornwalctar/widhe halstlādes fraghar/
stora Prestekraghar/sinren och silcke på tlādher/hålltor/forckes
och kampetor/stoband och roser/sporer/myckla remar/perletar/h/
samesbindlar/sinrefatte myssor/longa tröyestörter/sinreringar och
kedior aff silfwer/rödhä regarns strumpor/perlasticlade samek-
stoor/widhe raffs förklādher/widha hattar/krökärmer/stry i håret/
sinrefatte muffar/blå sterckelse/æ. Quibus omnibus Diabolus
inhabitare, in ijsq. choreas ducere & delicias sectari adseru-
erunt. Eiusdem generis sunt phrasæ sordida, tam in illorum
concionib. quam reliquis gesticationib. usurpata, Quales
sunt: Dieffwlen danser på walctar/buntor/æ. Blå sterckelse är
Dieffwlen's spoor: Hwiit sterckelse är H. E. Krans wålsignelse:
Guds faller dieffwlen in sinre: Han haffwer sin ingång och ut-
gång på hålltor: Små storemar haller Christus aff: Högferd skal
ryta aff: Wiltu icke wih/ dw trezte marthes? Naster edher wih:
Dieffwler/oper/hay/hay/hay/käre Guds Engel slepp migh/æ.
Hay/hay/hay/æ.

Sed quis sanæ mentis sibi facile persuadabit,
DEum tot Angelos hoc fine emisisse, ut de lewicu-
lis hisce reb. tam prolixas tamq; crebras conciones
instituerent? Et S. Angelos tam insulsis loquendi forma-
lis usus esse? Quædoquidem huius rei exemplum in Scriptu-
ris nusquam reperitur, Deinde admonitiones Angeli-
cæ ad Penitentiam & vitæ sanctimoniam, neq; uli-
tate leguntur, neq; necessaria sunt; Cum pæssim in
omnibus ferè Christi, Prophetarum atq; Apostolo-

DE PRÆSTIGIIS

rum concionib. frequentissimè occurrant, & à fide-
libus Verbi ministris populo quotidie inculcentur.

L. 16. 29. Hinc Deus sub nomine Abraham, epaloni Lazarum peniten-
tia concionatore quinq. suis fratrib. postulanti, respondit;

β. Habent Moſen & Prophetas, audiant illos!

Septimi die
sanc-
tificatio.

Alterum malum, quod ex Kumbæorum pseudo-
doctorum svasionibus proficiscitur, est introductio Jui-
daismi, per diei Septimi sanctificationem, dieb. quinq. ad la-
bores tantummodo destinatis; Quorum Hoc expresso
Dei mandato è diametro repugnat, qui dierum in

Exo. 20. 8

Deu. 5. 12

Festos & profestos partitione, hanc Legem pronun-
ciat: Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Sex

n. diebus fecit Dominus calum & terram, &c. Illud ve-
rò, cum libertati Christianæ, & dignitati diei Do-
minici; tum S. Apostolorum & Christianorū Impy.

Heb. 9. 20

7. 18.

constitutioni penitus refragatur. Enimverò Primū
quòd attinet, extra controversiam est, Typicam ve-
teris populi prædagogiam à DEO impositam fuisse,
tantummodo ad tempus correctionis; Quo per
Christi in carne manifestationem adventante, illa

3. 3. 71.

penitus cessavit. Nam mandatum præcedens abrogatur,
propter infirmitatem ejus & inutilitatem. Nihil n. sanctifica-
vit Lex; Sed adscita spes melior, per quam adpropinquamus
DEO. Ecce dies veniens, dicit Dominus, & pangam cum do-
mo Israel, & cum domo Juda fœdus novum, &c. Dicendo
novum antiquavit prius. Quod autem antiquatur & sene-
scit, prope interitum est. At verò diei Septimi observati-
onem, non moralem; Sed typicam, ceremonialem
ac prædagicā fuisse, inde patet. Quia Sabbathum
à Moſe & Ezechiele Signum, ab Apostolo Umbra

future-

futurorum appellatur. Ita n. eorum verba habent: *Locutus est Dominus ad Moſen, dicens; Loquere filiſ Israel, & dices eis: Videte ut Sabbathum meum cuſtodiatſ; Quia Signum eſt inter me & voſ in generationibus veſtris, ut ſciatiſ, quia ego Dominuſ qui ſanctifico voſ. Item: Ego Dominuſ DEUſ veſter, Sabbathu mea ſanctifico, ut ſint Signu inter me & voſ, & ſciatiſ quia ego ſum Dominuſ DEUſ veſter. Apoſtoluſ ita loquitur: Nemo voſ iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut n̄eomeniæ, aut Sabbathorum; Quæ ſunt Umbra reru futuraru, corpus a. eſt in Chriſto. Unde liquidò conſtat, noſ ad dieru numeru ſeptenariu, ſeu Sabbathi Judaici conſuetudinem nequaquàm eſſe obligatoſ. Quam Apoſtoluſ non ſine admiratione reprehendit, inquiens: *Quare convertimini ruruſ ad infirma & egena Elementa, quib. denudò inſervire vultuſ? Dieſ obſervatiſ & meſeſ, & tempora & annoſ: Metuo de voſiſ ne forſitan fruſtra laboraverim inter voſ. Interim tamẽ ad id quòd morale eſt, Eccleſia Novi Teſt. adſtringitur, ut ſcil. diem aliquem ſinguliſ ſeptimanis, ad exercitiu cultuſ Divini peragenda tribuat; Idq̄, pro libertate Chriſtianiã, vel die Sabbathi, vel ſoliſ, vel alio quocunq̄ die. Qui n. curat diem, Domino curat; Et qui non curat diem, Domino non curat.**

Hinc factum eſt, ut quamvis Apoſtoli primituſ in Sabbatho, ad actioneſ ſacraſ ſæpiuſ conveniunt; Legale etiã dieru diſcrimen, non ex neceſſitate Legis, ſed pro libertate Chriſtianiã aliquamdiu retinuerunt; Poſteã tamẽ cum pseudoapoſtoli diſcrimẽ hoc, veluti neceſſarium ad ſalutem, rigidè urgerent, Apo-

Exo. 31. 13

Ezech. 20

20.

Col. 2. 16.

Gal. 4. 9.

Ro. 14. 6.

Gal. 2. 4.

stoli per libertate suâ, primam Sabbathi, seu Primū
 hebdomadis diem, qui dies Solis vulgò, à Johanne dies
 Dominicus adpellatur, cultui Divino destinârent, ut est ad
 20.7. & 1. Cor. 16.2.

79. d. 6.
 Quod die
 Dominicus

L. a. 7. 2.
 R. 16. 6.
 L. 20. 1.
 Ad. 1. 1.

l. de Spir.
 & lit. c. 14

Præterea dignitatem Primi diei hebdomadis
 respicias, tantis Divinarum dispensationum myste-
 riis esse consecratam Leo Papa commemorat, ut quid-
 quid insigne à Domino constitutum est in terris, tã
 V. quam Novi Foederis temporibus, in hujus diei di-
 gnitatem sit congestum. Hac n. eodem adserente, Pri-
 ma est omnium dierum, in quâ mundus à Deo accepit ex-
 ordium; Hac Angeli, juxta plurimorum sententiam, condi-
 ti; Hac Noai arca post diluvium in montib. Armenia stetit;
 Hac populus Israëliticus, è manu Ægyptiorum liberatus;
 Hac, juxta Orosium, Deus præcepta Decalogi in monte Sinâ
 promulgavit; Hac deniq; juxta Origenem, manna primùm
 de cælo datum. In Novo a. Test. hac ipsâ die, Christus
 solus iusticia & Dominus gloria, & natus est & circumcisus;
 Hac die à mortuis gloriosè resurrexit; Hac die distinctis vi-
 cib. apostolis post resurrectionem sese manifestavit; Hac
 quoq; die Spiritum S. in Apostolos visibiliter effudit. Atq;
 hoc modo ipse Christus diem hebdomadis Primum
 solenniter consecravit, consecratum Apostoli fide-
 liter retinuerunt; et Christiani Inapp. Constantinus, Theo-
 dosius, Arcadius. post motas eâ de re in primitivâ Ecclesiâ non
 ita raras & leves controversias, publicis edictis ac decretis
 sacrosanctum esse voluerunt. Quia ergò Dominicum,
 diem, ut scribit Augustinus, Apostoli & Apostolici
 viri, religiosa solennitate habendam sanxerunt, &
 omnem gloriam Judaici Sabbathi in eam transfer-

KUMBLÆIS.

re decreverunt; Observemus & nos, ordinis & decoris gratiâ, diem Dominicum, eumq; Verbi Divini meditatione, Sacramentorum usu, precib. & doctōlogiis, nec non Eleemosynarum in pios pauperes distributione devotē veneremur & honorificemus! *Judei interim suum sibi diē Septimum reservent, dum illius aliarumq; superstitionum rationem justis, judici Christo, in tremendo illo retributionis die sunt reddituri. Qui seculis vel faciunt, vel fieri permittunt, illos non veritatis, sed vertiginis Spiritu duci, Christi & Apostolorum sanctioni refragari, memoriam beneficiorum Divinorum, inprimis ἀπολυτρώσεως per Christum, factæ, quæneum in ipsis est, extirpare, & abominandum Judaismum denuò introducere, tam certum, est quàm quod certissimum. Quoniam, ut idem Augustinus scriptam reliquit; Quisquis illum diem sicut litera sonat, nunc usq; observat, carnaliter sapit. In Libertate igitur, quæ Christus nos vocavit, persistamus, & jugo servitutis ne denuò nos implicari patiamur!*

Tertium malum concionib. Kumb læis introductum, est abrogatio ἐὺλαξίας & legitimi ordinis, de intercapedine temporis inter Absolutionis & S. Cœnæ participationem, comuni S. Ministerij & Ecclesiæ consensu, gravissimas ob causas in Diœcesi Strengnensi sanciti; Scil. ut tam ministri suum in explicandis ijs, quæ ad verâ penitentiam ac præparationem, & ad salutarem de S. Cœnâ substantiâ & usu cognitionem rudiorib. præsertim necessaria sunt, suum officium accuratius exequi; Quàm auditores eadem diligentius meditari, & ad salutarem usum transferre possint. Id verò quia mali-

Aug. Ep.
72. ad lo
ron.

γ.
Eὺλαξίας
Ecclesiæ
abro-
gatio.

DE PRÆSTIGIIS

gnus ille Spiritus, ad Regni cœlestis incrementum, tartarei verò decrementum, plurimum facere animadvertit; ad ignaræ plebeculæ adplausum, uno eodemq; tempore utrumq; ut fiat persuadere conabatur. Cui igitur Apostolicum illud non injuriâ regevimus: Si aut nos, aut Angelus de cœlo evangelizaverit vobis præterquam quod Evangelizavimus, anathema esto!

Gal. 1. 8.

B.

Miraculo-
rum Copi-
am.

Plura è concionib, istis Enthusiasticis subsecuta incommoda, recenseri possent, nisi temporis angustia & aliorum negociorum amplitudo nos facerēt breviores: Ad aliud itaq; usque non transco, quo se Spiritus illi Angelos cœlestes & à Deo emisos, fidem facere spectatorib, pategerunt, Quod est miraculorum, ut fertur, frequentia, Partim à se confectorum, ut: Ejectio Dæmoniorum, & loquelæ restitutio; Partim aliâs in ære adparentium, ut: Splendoris varietas, aliquando instar stellarum è cœlo cadentium, nunc instar lucernæ, quandoq; in modum incensæ lodiculæ adparentis; Item, vox in ære ingeminans hæc verba: Deus misereatur nostri; Concertus Musici; Illustratio aræ pastoralis circa horam 10. vespertinam, & cætera ejusmodi.

Refutatio,
ab:

De his verò quid judicandum censeatis, Auditores? Eiusmodinè esse existimatis, quib, adduci debemus, ut statuamus Bonos fuisse Angelos, qui Margaretham Kumbleram ingressi, varia spectacula ediderunt? Absit illud, & quidem longissimè absit ab omnium piorum animis!

1.

Miraculo
Diabolicis
Ps. 72. 18.

Est enim verissima est Psalte regij Authentica; Dominus Deus Israel, facit mirabilia solus: Negari tamè non potest, quin Scriptura tam Sacra quam prophana, miraculorum Diabolicorum sæpe mentionem fa-

ciat,

ciat, quæ vel ipse, vel per ministros suos edidit.
 Eiusmodi sunt prodigia magorum Egyptiacorum, quos Paulus ait refutasse Moysi. Dominus ipse pseudoprophetas prodigia & portenta edere testatur. De pseudopropheta dicit Christus, quod multa & magna sint edituri signa ac prodigia ante noviss. diem, ut si fieri possit, etiam electi seducantur: Et de filio perditionis scriptum est; adventum ejus fieri secundum operationem Sathanae, in omni virtute. & signis, & prodigijs mendacibus. Simon magus portentis suis dementavit multos in Samaria, ut dicerent ipsum; Viriutem magnam Dei. Et quàm prodigiosa opera Simon iste ediderit, Egesippus & Nicephorus copiosè recensent: Nam ut Statua moveretur efficiebat, & in adibus vasa atq; utensilia domestica ad natum ejus se spontè hinc inde transferabant; Ipse flammis circumdatus non urebatur; Ferebatur quoq; volans in aère; Ex lapidibus fuso hominibus objecto, panes faciebat; Draconis formam induebat, & in varias animantium species mutabatur; Duplici facie indutus conspiciebatur, atq; in aurata se aliquandò totum transformabat; Fores vectibus & claustris probè communitas & occlusas, dicto aperiebat; Vincula ferrea disrumpebat; In convivijs omnifaria formularum simulachra exhibebat, &c. Similia habent historie prophanae: Plinius refert de Tuccia virgine vestali, quod virginitatem suam demonstratura, aquam cribro hauserit; Et quod Claudia Quinta navem pregrandem circumgulo suo ad litus Tiberidis protraxerit. Livius de Actio Navio augure commemorat, quod cotem cultro secuerit. Appollonium Thyaxem refert Philostratus, Achillis manes evocasse, pestem prædixisse & fugasse, puellam resuscitasse. Antoninus Meliogabalus, magicis artib. addictus, suorum præcepto-

Exo. 7 & 8

2. T. 38.

Deut. 17. 2

Mat. 24. 24

1. Th. 2. 9.

Act. 8. 10.

Eges. l. 1.

c. 2.

Nice. l. 2.

c. 21 & 27

Plin. l. 23.

Hist. nat.

c. 2.

Liv. Dec.

cal. l. 1. 1.

Tac. l. 10

Anal.

DE PRÆSTIGIIS

rum & magorum operâ, conepures ex claris. viris, quâ
jam olim fuerant mortui, & inter eos patrem suum Severis
& Commodum Romanos Impp. produxit, eosq; de reb. futuris
consuluit, referentibus Dione & Xiphilino in Antonio.

Gvid. Bi-
urien.
e

Casp. Hed.
Chron. l. 4.

Numa Pompilius, amicis ad cœnam vocatis, suis effecit ino-
cantamentis, ut mensa & ornatu & delicatis, ciborum ad-
paratu mirifico instructissima protinûs adparuerit, referen-
te Gvidone Bituriensi. A. C. 1328. Fridericus austriacus
Imperatoris titulum sibi vendicans, adversus Ludovicum
Bavarum Imperatorem grave gessit bellum; In quo captus
Fridericus, triennio in custodiâ detentus est in arce vicinâ
oppido celebri ad Nabum fl. Naburg. Interim Magus quidâ
ducem Leopoldum Friderici fratrem accedens, promittit se
fratrem ejus Fridericum è custodiâ liberaturum, curatu-
rumq; ut intra hora spacium salvus in Austriam deducatur.
Leopoldus ingentia munera Mago isti pollicetur, quatenûs
id efficiat. Constitutâ itaq; nocte, uterq; circulum incanta-
tionib. magicis designatum ingressus est; Mago per suas ad-
juraciones Spiritum accersit, qui in peregrini hominis specie
adparens, mandatum adducendi Fridericum accipit, aitq; se
quidem facile & liberaturum & adducturum Ducem Fride-
ricum, quatenûs ille sequi non recusaturus sit. Protinûs itaq;
noctû Spiritus captivum Principem convenit, Frater, inqui-
ens, tuus Leopoldus me huc misit, ut te è custodiâ liberem;
Quare properè surge, & equo huic inside, ut te è vestigio ad
fratrem tuum adducam. Ad quod respondit dux Frideri-
cus: Quis tu es? Ne queras, quis sim, ait Spiritus; Sed
sitra aliquam dilationem Equum conscende, si modò ex hac
custodiâ liberari desideras. Ibi gens horror & pavor
tam Fridericum, quàm reliquos qui cum ipso unâ

erant

KUMBLÆIS.

erant, invasit, cumq; sancto crucis signo se munirēt,
evanuit Spiritus, & ad Magum vacuus reversus est. Di-
missus est tandem Fridericus his conditionib. ut liceret ei
nomen Imperatoris quō ad viveret; sed non jus & potesta-
tem usurpare. Chron. Cass. Hedio. l. 4. A. C. 1272.

Cruciatum ex inferiore Germania Magus admodū præ-
stigiōsus advenit, qui publicē in foro, populo inspectante, in 2. præ-
caput servo suo amputavit, idq; post horam dimidiatā: sept.
corpori; humi jacenti rursus imposuit. Visus est saepe cum
canib. in aëre sursum deorsumq; ferri, magnoq; excitato
clamore venationis effigiem repræsentare: Sæpē etiam Vi-
debatur virum armis ferreis indutum, aliquando plaustrum
vini, vel ligni unā cum equis devorare, ut habet Theatrum
historie. A. C. 1522. Gravi admodū pestilentia Romanam
infestante, quidam ex Graciā Demetrius Lacedæmonius in
urbem venit, pestem sedare se posse professus. Quod ut face-
ret omnib. ab eo evixē petentibus, Urum adduci iussit, cui
alteram cornū dissecuit, & verba quadam in dextram au-
rem immurmuravit; per quæ mitem adeo & mansuetum
taurum ferocis. reddidit, ut tenui cum filo adligatum in
Amphitheatrum deduxerit, ubi idolo suo eum immolavit.
Quo peracto sacrificio, pestis grassari desijt. En Ro-
manam sanctitatem, Sathanæ operā adversus peitem amu-
leta quærentem, omnib. interim precib. ad DEum funden-
dis aq; emendatione ac pænitentia neglectis. Similia de so-
cerdotibus gentilium refert Valerius Maximus, & alii. Hac
omnia opera esse sathanæ, nemo piorum dubitat.

Ut a. quanta sit Sathana astutia & potentia facilius
cognoscatis, observandum est, Quatuor esse genera mirorum
illius operum: I. Quædam sunt vera, & omnino ta-
lia, qualiter forinsecus adparent; Quæ DEus ipsi cer-

Johannes Fin-
selius, l. 2.

2.

Speciebus
Miraculo-
rum Sathæ
na, quod
sunt:

I.

Vera, Dæi
permissio
ne facta.

KUMPLEIS.

probre novit, & morbis alijsq; nebis adposité adplicat; Unde effectus prodit, qui etiam in seipso non est; videtur tamen nobis mirabilis. Ita inmittuntur interdum morbi à veneficis, aliquando curantur adhibitis quibusdam herbis, quæ iis vel accerendis vel pellendis naturalem habent in se virtutem; Quod tamen neq; venefica, neq; agroti intelligunt, & ideo pro miraculis agnoscunt. Huc refert Augustinus serpentes & ranas Ægyptiacas, quos veros serpentes ranasq; existimat; Sed ex occultis serpentum ranarumq; seminibus productas. Hujus generis est quod Ælianus scribit, Aspastam à muliere quadam edoctam, Rosas de coronâ veneris accepisse, ijsq; maculas faciei curâsse; Hoc n. Rosæ naturaliter faciunt: Sed ut idololatriæ ad statuam Veneris exerceri solita confirmaretur, de hac ipsâ statuâ rosas petere jussa est. Item quod in fano quodam Veneris lampas continuè luxisse legitur; Quamquam neq; oleo, neq; aliâ pingvedine aleretur. Aliâ n. ratione naturali hoc fieri potuit, lapide scil. Asvesto, de quo Plinius narravit, quod semel accensus nunquam exstingvatur, nec tamen consumatur.

III. Quædam Sæthanz opera pro miraculis reputantur; Sed meræ sunt præstigiæ & illusiones Diabolicæ, eujusmodi sunt: Reductio Samuelis ex mortuâ, quem non verum Samuelem: sed Spectrum fuisse constat; Conversio virginis eujusdam in vaccam, in hist. macarij; Prodigia Simonis magi, qua meras fuisse illusiones: probat Egesippus, ubi inter alia refert: illum diem statuisse quo ad cælum evekeretur; Itaq; convocato populo, & consensu monte Capitolino, volens cæpisse: verum precib. Apostoli Petri, complicatis remigijs alarum quas adsumperat, in terram

august. de

Trini. l. 30

e. 7.

Ælian. v. 6

riar. hist.

l. 12.

Plin. nar.

hist. l. 37.

e. 10.

30

Simulata

1. 9. 28. 11.

Eges. de

Excid. 3e

10. 1. 3. 6. 2

DE PRÆSTIGIIS

decidisse, & fracto crure aretiam concessisse, ibiq; mortuum esse. Ejusmodi illusiones diabolicae leguntur in vita B. Martini, apud Sever. Sulpit. & Clement. Roman. l. 10. recognit.

4.
Falsa.

IV. Quaedam videntur mirabiliter fieri; Sed mera sunt imposturae, mirâ impostorum industriâ & celeritate productae, quas vulgus pro miraculis habet, cum tamen mirabilia nihil illis insit. Hujusmodi imposturis plenus olim fuit Papatius, ubi videbantur statua loqui, ingemiscere, flere, sanguineum sudorem emittere; In quibus omnibus indefessa erat monachorum solertia.

Stumpf.
l. 13. c. 34.
& seq.

Hujus generis est, quod parochus quidam, annuante Erasmo Roter. cancos vivos cum accensis lucernulis in cimiterio adposuit, & populo vicino è sonis excitato persuasit, esse animas defunctorum: Item, quod Monachi pullatini & circumcuritare soleant, dicentes se esse animas mortuorum, quae miserè torquerantur in purgatorio, è quo, nisi factis Misericordiis & elemosinis liberari nequeant, referente

Sleid. l. 9.

Stumpfio. Ob quod impij facinus Bernae quatuor Monachi igne combusti sunt: Quod deniq; Aurelia, Franciscanè adolescentulam simpliciore supra testudinem Templi in tenebris collocarunt, ut strepitus excitaret, fingens se animam

Dan. 14.

esse defunctae conjugis patris, ut Sleidanus annotavit. Similibus imposturis diabolus olim Babylonios decepit, in sacrario Bel, ut est in Adpendice Danielis.

Ex his omnibus haud difficulter dijudicare licet, quid de miraculis Kumbleris, quibus non ita pauci miserè decepti sint, sentiendum sit. Aut n. verè contigerunt; sed operâ Diaboli, ut fortassis loquelæ reititio in muto illo septenni & septemmestri, quæ per ignem in illius aurem delapsam ipsi à malo spiritu primum promissa; Deinde ejusdem tentationib. ad 7. menses impe-

KUMBLÆIS.

citis; Postea variis lingvæ motionibus a Spiritu injunctis
 suspensâ, ut aliquantisper discedere cogentur; Tandem
 illis redeuntibus & hauriendo in puellam ingressis, com-
 plerâ *Quæ* omnia, an Divinæ vitati & omnipotentiæ,
 An verò Diabolicis præstigijs verius competere & ad-
 tribui possint vel debeant, pio cuivis relinquimus
 pensitandum. Verumenimvò posterius hoc vero
 similis, immò verissimum esse, subsequens eventus
 comprobavit. Idem n. ille Spiritus, qui Christum ad
 idololatriam pertrahere, & divinos sibi honores ab
 ipso deferri operam dedit, huic muto non ita pridem,
 adparens se eandem esse professus est, cujus auxilio sermonis
 uirâ nunc gauderet; Ut ergò beneficiû istud ipsi (Spiritus)
 sdeinceps ferret acceptum & dignas propterea grates solve-
 ret, seculò cohortatur: Id quod præfatum mutum coram se
 ingenuè esse Confessum, concionator quidam in usperimâ
 visitatione Nerikianâ, multis auscultantibus, bonâ fide re-
 tulit. Fieri n. potuit, ut diabolus ipse, permisso Dæi, defe-
 ctum illum immiserit, & usum lingvæ insidendo ad tempus
 impediverit; Idq; eo fine, ut videretur sanare cum desineret
 nocere; Cùm n. adfligere cessant Dæmones, curâse
 videntur, ut Bellarminus de miraculis Vespasiani loqui-
 tur, citans Balduino. Aut fuerit meræ præstigiæ; Quò 7. 4. de Ec-
 meritò referri potest ridicula illa Dæmoniorum Kumbliæo-
 rum ejectione, ut ex mutuis Spirituum istorum colloquijs,
 Dæmoniorum flagellationib. vociferationib. deprecationi-
 bus, suspensionibus in paxillis ad rectum adfixis, constricti-
 onibus, extensionibus, catenationibus, pulsationibus, alijsq; plus
 quam histrionicis gesticulationibus, abundè liquet. Aut de-
 niq; fuere simulata; Ceu sunt multiformis illustratio ac-
 tis, clamores in sublimi, concentus Musici, aliq; eius ge-
 neris, quæ in curiâ Kumbliensi accidisse dicuntur. Hæc

DE PRÆSTIGIIS

Hæc omnia Diabolo auctori merito adscribenda censemus, cuius proprium est, mentiri & fallere, Et per illusiones atq; mendacia miseris hominum, animas in exitium præcipitare. *Mentitur n. Diabolus, ut fallat; Blanditur ut noccat; Bona promittit, ut malum tribuat; Vitam pollicetur, ut interimat; spondet pacem, ne ad pacem perveniri queat; Salutem offert, ne quis salute potiatur,* ait Cyprianus.

Cypr. l. 1.
Eps 8.

C.
Prædictio
Futurarum.

Tertium quo persuasi sunt nonnulli, Kumbalos illos præstigiatores, Bonos fuisse Angelos, ad salutem & utilitatem hominum procurandam cœlitus missos, est rerum quarundam futurarum prædictio, Quod scilicet DEUS occupatus sit in prolixa Epistola conscribenda, plurimis verbis consolatorijs referta, Quam illi ad patrem Margarethæ à cœlo delaturus, & in mensa cubiculi istius, ubi tum commorabantur, deposituri sint; Idq; aliquoties tam certo futurum prænunderunt, quam certum est DEUM esse in cœlo, & illos in Margarethæ (isthas n. adseverationis formam tum utebantur). Deinde quod in Epistola illius exhibitione, magnum miraculum circa totum mundum sit adpariturum, cuius terrore homines à somnis excitati stellas centenarum præ oculis conspicient, & ipsi Spiritus in propria formâ lucidi instar solis sese conspiciendos præbeant; Quod grande miraculum in Polonia eveniet, & tuus pax regno restituetur; Quod pestis tam horrenda sit futura, ut demortuis humanis homines non sufficiant, quorum defectum S. Angeli compensabunt; Quod pœna gravissima immineant præcipuis civitatibus, regni, scilicet Stokholmia, Ubsalia, Nykopia, Arosia, Arbogia, Cupri-ferig, montanis, &c.

Ex hisce a. Prædictionib. numnè certò conclu-
di potest, Spiritus illos Bonos fuisse Angelos? Mi-
nimè. Etenim Diabolum non rarò prædixisse futura,
quorum veritatem eventus comprobavit, non sal-
tem prophana restantur historiæ, de Oraculo Delphico, De-
lio, Clario; Sed & in historiâ Saulis luculentum est
exemplum. Et DEUS ipse fatetur, etiam Pseudo-
prophetas futura prædicere quæ eveniât; Licet eos,
cùm seductores sint, audiri nolit. *Nostris quoq; tem-
porib. accidit, ut Diabolus vel per obsessos, vel per alios ea
prædixerit, quib. eventus exactè respondit. Ut a. de illâ fu-
turorum scientiâ, quæ suâ naturâ est in Deo, quâq; Deus se
ab omnib. idolis gentiû sequestrat, in præsentia nihil dica-
mus;* Sciendum est Diabolum futura scire & prædi-
cere, vel Certò vel Ambiguè.

Illorum eventuum, quos Diabolus Certò fu-
turos prædicit, causas novit; Vel ex naturâ rerum,
vel ex scripturarum & Dei revelatione. Primum
quod attinet, *Quæadmodum homines ex causis natu-
ralib. multa possunt prædicere, ut Astronomus ecclipsin,
medicus febrem, Nauta & Agricola tempestates & annonæ
proventum, &c.* Ita quoq; Diabolus, ob naturæ suæ
subtilitatem, ob sensus acrimoniam & longam ex-
perientiam, longè certius eadem potest prædicere;
cùm effectuum istorum causas & earû impedimen-
ta, multò melius cognita habeat, quàm homines.
In quam rem Augustinus hoc modo scribit: *Demo-
num ea est natura, inquit, ut aërei corporis sensu ac celeri-
tate, terrenorum corporum sensus ac celeritatem mirabili-
ter vincant. Quib. duabus reb. præditi, multa antè cognita*

Refusatio.
Prædictionum
Diabolicarum:
1. S. 28. 67

Deut. 13. 2.

1.
Certitudine, cujus
causæ sūt,
in 2.
1. Naturâ.

Aug. 1. de
divinat.
Demo. 1. 3.
88 l. de spir
& Animo
1. 28.

DE PRÆSTIGIIS

pronunciant, quæ homines præ sensus tarditate mirantur. Accessit etiam Damonibus, per tam longum tempus quorum vita protenditur, longè major experientia quam Homi-
 nis propter vitæ brevitate. Per has efficacia, non solum
 multa futura prædicunt Damonibus; verum etiam multa miracula faciunt. Omnis n. Spiritus, ut Angelicus & Diabolicus, a-
 les est, ait Tertullianus in Apolog. adversus Gentes. Igitur in momento ubiq; sunt, totus orbis illis locus unus est, quid ubiq; geratur tam facile sciunt quam enunciant.

Tertul.
6. 22.

2. Scriptura.
1. a.

Altera prædictionum Diabolicarum causa, est ex Scripturarum revelatione. Quia n. Diaboli S. literarum non planè sunt ignari; Idcirco quæ Prophetis per S. Sanctum revelata sunt, ipsi sciunt, eaq; præsertim tempore impletionis instante, tanquàm de suo prædicunt, ne quid ignorare videantur. De Alexandro M. prædixerat Daniel, translaturum ipsum imperiis à Babylonijs ad Græcos: Ideò Delphicum oraculum consulenti Alexandro respondit; Invidus eris Alexander. Prædixerat Esaias fore, ut Tyrus destrueretur à cathæis. e. macedonibus. Novit hoc Sathan; Cum ergò fuso fugatoq; Dario, copias adversus Tyrum movisset Alexander macedo, per civem quendam prædixit, Apollinem deserturum civitatem; Quasi ab idolo isto hac prædictio esset, quam tamen Deus Propheta suo inspiraverat, à quo Sathan eam est mutuatus. Simulachorum gentilium eversionem prædixit Deus per prophet. Sophoniam; Scivit hoc sathan, idcirco adpropinquante jam impletionis tempore, id suis cultoribus prædixit, ut suam Divinitatem comprobaret.

Dan. 8. 20

Esa. 23. 1

Soph. 2. 11

3. DEO
1. p. 10.

Tertia causa est ab ipso DEO, qui Diabolo interdum,

KUMBLÆIS.

dum quædam revelat futura, etiam de rebus magni momenti. Cum n. animadvertit impios libentius audire Diabolum, quam Deum ipsum in Scripturis loquentem; Ex justo iudicio permittit Sathanæ, ut ipsis prædicat ea, quæ nimis certò futura sunt; vel in illorum perniciem ut proflus excæcentur; vel in testimonium contra ipsos, quòd veritatem habere potuerint, quam tamen audire noluerunt. Quò pertinent vaticinia Sybillarum de Christo, quæ divino spiritu illis mulierib. dictata sunt; non secus, atq. Spiritus S. per Bileamum & Caiapham vaticinatus est. Voluit n. DEUS Ethnicos, qui Prophetis & Christo credere noluerunt, per suos etiam homines reddere inexcusabiles.

Interdum etiam Diabolus (Quod quartam veram illis predictionum causam, non immeritò constituimus) quæ ipse se facturum proposuit, tanquàm à DEO futura prædicat. Permittit n. DEUS quandoq. Diabolo, ut aërem turbet, procellas, imbres, tonitrua, aliasq. tempestates excitet, isq. frugibus & animantib. noceat: Item, ut homines ad iram concitet, dissidia & bella moveat; Quæ antequàm in effectum ducat, per ministros suos prædicat. Dæmones n. dispositiones quoq. suas aliquândò prænunciant, ait Augustinus, l. de civit. dei.

Ex causis modò comemoratis, Diabolum quæ futura sunt; Certò scire & prædicere potest: Aliquando a. ea quæ vera sunt, ambiguè prædicat, & multa imilicet fallã; Interdum per imposturam ea, quæ ignorat ipse, aut quib. nihil subest veri, cultorib. suis obtrudit; Quemadmodum Sauli prædicat, ipsum & filios suos secum futuros, quòd tamen de omnib. verum non erat.

4. Diabolus

100

Ang. doc.

DEI, l. 9.

co. 22.

20

Ambiguitate

late

1. S. 28. 19.

G

Et

DE PRÆSTIGIIS

Et his imposturis utitur Sathan, vel cum Impedimenta aliqua incidere videt, quib. quod eventus non successit, imputari posset; vel cum à curiosis a vidè consulitur, ad quos decipiendos semper proptus est. Et quia ipse de eventu dubius est, ideo verbis utitur vel Ambiguis, vel Obscuris, ut in quamcunq; partem res cadat, ipse nequaquam falsa prædixisse videatur. Sciunt quidem Dæmones multa futura, scribit Lactantius, *Sed non omnia; Quippè quib. Consilium Dei scire non licet; Et ideo solent responsa in ambiguis exitus temperare. Legatur hac de re memorabile iudicium B. Lutheri, super c. 41. Esaiæ. Hoc modo Oraculum Delphicum, Cræso & Pyrrho respondit:*

Cræsus Italiam penetrans, magnam pervertet opum vim.

Item: Aio te Bæcida Romanos vincere posse.

Quæ Oracula uterq; pro se interpretati, miserè decepti sunt. Damon respondit Alberto Placentia Domino: *Domine sis securus, inimici intrabunt terram tuam, inijci- entur domui tue: Quod hunc habuit sensum; Domine sis se- curus, inimici tui inijcient urbem. ignem domui tue. Hiero- nymo morano Ducis Mediolanensis Legato, Diabolus hoc dedit responsum: Ibis, redibis, non eris captivus. Quod even- tus docuit ita intelligendum esse: Ibis, redibis non, eris capti- vus. Plures hujus generis Diaboli imposturas nunc consulto, ob temporis angustiam, prætermittimus; Quib. accenseri possunt Præstigiatorum Kumbæo- rum ambiguae prædictiones, in primis illa principalis de Epistola à DEO ipso conscribendâ, & à patre Margarethæ abhinc dies 18. vitâ defuncto, in propriâ personâ ad S. R. M. deferendâ, Quam nondum plenè perscriptam Margare- hæ*

Lact. l. de
Orig. cr-
70715, 655

3o
Epistola
à DEO con-
scribendâ
falsitate.

in ecstasi raptæ à Deo Patre traditam, & à 4. Angelis præ illius oculis extensam ut legeretur, narrarunt; Exhibendâ porro promissere primò post tempus diurnum; Deindè ad festû Circumcisionis; Tertio dieb. 7. post; Demùm præterlapsis 17. hebdomadibus; *Postremò deprehendentes se divini Consilij & veritatis inopes, ociosos querunt pretextus, fuco rem involvunt, seq. tandem errorum & mendaciorum Spiritus, h. e. ipsissimos Diabolos esse, non obscure prodiderunt.*

His ferè modis Diabolus futura nôsse & prædicere solet. Etsi verò non omnia illius vaticinia in dubium vocare possumus: Nihil tamèn ea curare aut auscultare, multò minus adfectare debemus. *Pradicant n. Dæmones, ait Damascenus, quâdoq. ea qua longè futura sunt prospicientes, quâdoq. verò conjicientes, unde & pleraq. mentiuntur; Quib. non præstanda est fides, etsi sæpè numero vera profiteantur. Nam :1. DEUS expressè prohibuit, ne veritatem quæramus à mortuis; Sed Lege & Testimonio ôninò contenti simus. 2. Diabolus hominum perniciem quarit, quos hoc pacto à verbo abducit, suisq. vaticinijs ita dementat, ut eis nihil habeant antiquius. 3. Non legimus in Scripturis, quòd Fideles aliquid tribuerint prædictionibus ejusmodi; Sed infallibili Dei verbo semper contenti fuerint. Diabolis non permittitur suam de Christo proferre sententiâ; Eò quòd non diaboli munus sit prædicare Evangelium. Paulus quoq. agrè fert Pythonis testimonium, euraq. è puellâ ejicit. Ethnici còtra libenter consuluerunt Oracula & Pythones suos; Ahab falsos Prophetas; Saul Pythonissam. Et hi homines miserè decepti, funditus perierunt.*

Discamus igitur nos astutias Sathanz animad-

Diaboli prædictionib. non sèdendum, ab;

Damasc. de orthod. fide, l. 2. c. 4.

1. Dei prohibitione;

2. Sathanz seductione.

3. Fidelis um exemplis.

R. 1. 34.

L. 4. 41.

act. 16. 18.

1. R. 22.

1. S. 28.

DE PRÆSTIGIIS

vertere & cautè ambulare, etiamsi vel salutaria cõ-
cionatur, vel miracula edit, vel futura prædicat.
*Turpissimum n. est, Christianum signis inlari, & verita-
tem querere à patre mendacij; Cujus illusioni tradit Deus
justissimo suo judicio eos, qui dilectam veritatem, quam Deus
ipse in verbo per suos ministros ostendit, recipere noluerunt.*

D. Postremò ad elusionè hujus declarationis, de Præ-
Margare- dictionum Diabolicarum varietate ac vanitate, nonnullos
tha revi- etiam hoc prætextu uti, in nuperrimâ visitatione Neri-
viscentiâ, ki nâ percepimus; *Quòd scil. Margaretha Kumbliæ corpus
quasi emortuum & exanime ad aliquot horas quandoq; ja-
ceret, tandem verò spiritu redeunte se in cælum surreptam,
ibiq; præter multa alia etiam epistolam illam Dei, à S. Ange-
lis sibi ostensam vidisse & legisse diceret; Sed hac cum inter-
minatione ne quidquam eorum, quæ inibi perscripta erant,
revelaret. Quæ omnia absq; singulari Dei operatione nequa-
quam fieri posse, & per consequens adparitionem illam divi-
nam seu Angelicam fuisse, multi sibi persuasum habuerunt.*

Refutatio. At verò quàm vanis parvatio illa nitatur fulci-
mentis, haud difficile fuerit demonstratu, Si quantâ
in animas & corpora hominum, Dei permisso, Satha-
nas exerceat potestatem, ut illa etiam de loco in lo-
cum, aliquandò separatim quòdoq; simul & cõjun-
ctim potis sit transportare, cum præstantissimo hujus
seculi Theologo D. D. Baldino, penitiùs considerave-
rimus.

Bald. de
Casib. con-
se. 1. 3. 4. 5.
ca. 70.

Primum itaq; nemini dubium esse poterit, quin Di-
abolus hominum sensibus sæpenuerò illudat, &
phantasmata eorum ita regat, ut in locis à se disitis
ac desideratis esse sibi videantur. Enimverò homines
malarum rerum cupidi, occulto quodam judicio divino tra-

RUMBLIS.

dantur illudendi & decipiendi, pro meritis voluntatum suorum, illudentib. atq; decipientib. eos prevaricatorib. Angelis, quib. ista pars mundi infima, divina providentia lege subjecta est, ut Augustinus loquitur. Turbat n. Diabolus phantasiam hominum, ut multa mirabilia sibi imaginentur, quod imprimis adparet in Melancholicis, qui plurima sibi persvadent; Quia tn. nuspian ex-titerunt. Unde vulgò dicitur: *Caput melancholicum esse diaboli balneum*; qui huiusmodi deceptionib. miserorum hominum mirè delectatur. Ad hujus illusionis evidentiam demonstrandam, Augustinus Praestantium quendam adducit, qui jacens in lecto nullo modo excitari potuit; Post aliquot verò dies evigilans, somnia narrabat quæ passus esset, videlicet se caballum factum, añonam inter alia jumenta bajulasse militib. in castris. Talis & ille fuit, de quo Zanchius, qui fascinatione Sathanicâ imaginatus fuerat, se habere nasum ita crassum & longum, ut ex musco egredi nequiret, atq; idcirco non egrediebatur, sed ibi tandiu mansit, donec tandem mirabili artificio medicorum tuis illâ parvitate melancholicâ liberatus.

Verumtamen, ut hoc per illusionem seu phantasiam semper fieri statuamus, neq; aliqua nos cogit ratio, neq; experientia persvadet. Etenim, quod secundo loco annotat Balduinus, extra controversiam esse arbitramur, Diabolum aliquandò cultorum suorum animas duntaxat exportare ad loca remotiora & incognita, Corporib. interim sine sensu & motu & ratione domi relictis; Unde ad se reversi mira narrant, quæ alibi viderint & egerint. Hûc Diaboli ra-

August. de
C. D. l. 18.
6. 18.

Zanch. de
Operibus
DE. l. 4.
6. II.

DE PRÆSTIGIIS

ptum vocant ecstasium, seu somnum melancholicum, quo vires animæ ita sepultæ sunt, ut homo planè mortuus videntur; Quo pacto scribit Cardanus, se, quoties lubitum fuit, per ecstasim extra corpus rapti, adeo ut illud interea ἀποσπασθῆναι seu sensuum inops remaneret, quod Margarethæ Kumb læ etiam accidit. Ille, non dubitamus adseverare, Bodinus hac de re adfert exempla Sagarum, quas hoc modo Sathan ad loca longinqua exportavit, unde non nisi ingenti cum dolore redeuntes interdum annullos, cultellos, literas reportarunt.

Bodin. de
Dæmonō.
l. 2. c. 4.

Ne quis verò hoc, cum Joh. Baptista Porta, narcoticis & soporiferis potionib. adscribat, sciendum est: 1. Non omnes magos ejusmodi potionib. uti. 2. Qui his utuntur, sæpè nunquam evigilare, interdum triduum quatrimumq; continuè dormire, & nullius rei interim gesta recordari. Magos verò & alios per ecstasim extra corpus raptos, sæpè post horas 4. 5. aut plures redire, & quæ in conventiculis suis vel alibi locorum gesta sunt, recitare, personas quoq; quib. cum versati, etiam antè non visas, referre posse. Adde, quòd qui per ecstasim ita abripiuntur, nullos in corpore cruciatus sentiunt, virgis cæsi, ignibus subjecti, ijs partib. quæ maximè valent sensu, nihil omninò perceperunt, neq; evigilarunt, donec Anima in corpus fuit reversa; Quod certè in soporatis non fit, qui etiam leviori aliquo tormento adhibito, præ dolore expergiscuntur.

Tertiò, neq; id negari potest vel debet, Diabolum scilicet Corpora suorum mancipiorum unâ cum Animab. interdum aliò transferre, non secus ac Angeli boni, S. Scripturâ teste, ad DEi mandatum idipsū fecere.

fecere Sanctis. *Philippus n. à Spiritu Domini raptus, & translatus fuit in Azotum. Habakuk propheta etiam à Domino Spiritu, delatus est in Babyloniam ad Danielelem.* Si hoc potuerint Angeli boni, rectè colligimus idem non impossibile esse Angelis malis, qui ejusdem sūt cum Bonis naturæ & potentia; Quodq; hi ex jussu Dei faciunt, illi ex ejusdem permisso facere possunt. Quin etiam ipsum Christum diabolus, Illo ita permittente, non pedetentim, sed subito in pinnaculum Templi transtulit, indeq; post in montem excelsum valde. Undè Thomas Aquin. colligit, quòd data possibilitate in uno, per cõsequens datur in omnib; alijs, quæ sunt ejusdẽ pòderis & magnitudinis. Et Augustini sententia est; Angelice naturæ ac Spiritibus non esse contrarium, ut corpora quò Deus permittit, deserant. Exemplis rem paucis lubet illustrare: Memorabile est, quòd apud Philostratum legitur, Apollonium Thyaneum, à nili fontibus in Æthiopiã Romam versus, Romã dinceps Corinthum, & Smyrnã Ephesum brevi fuisse exportatum. De Sagis experientia docet; Illas apertè fassas, se in conventiculis suarum complicum reverà fuisse, ibiq; opiparo convivio à Demone exceptas, choreas duxisse, diem illi magnã cum hilaritate transegisse, sedus cum Sathana redintegrasse, rationes malefactorum suorum ipse reddidisse, & nocendi potestatem ab ipso denudò accepisse. Quæ omnia nequaquam per illusionem, sed præsentiam coporale facta fuisse, vel inde patet; Quòd qui ejusmodi exportationem credere noluerunt, reipsã in suis corporib; id experti sint. Adsumpto n. unguento ad hanc rem preparato, & pronuntiatis vocib; quibusdam, ipse quoq;

Act. 8. 39.
in Apocryphis Dan

M. 4. 5.

August. de
Trinit. l. 3.

Remig. de
Damonol.
l. 1. 6. 12.

DE PRÆSTIGIIS

in loco illo, ubi Magi sua habuerunt conventicula, subito fuerunt, in quo DEi invocato auxilio, & dissipato Diabolorum coetu, nudos se animadverterunt, & non sine maximo periculo ac difficultate, per longum

Bodin. de
Demo-
nom. l. 2.

6. 4.

itineris spacium ad suos redierunt; cuiusmodi exempla ex probatis Authoribus, adducit Bodinus non ita pauca.
Agnoscamus igitur potentiam & astutiam Sathanæ, qui infinitis ferè modis homines à DEo & Salvatore Jesu Christo abstractos, sibi mancipare studet; Cui propterea magnopere, idq; hisce potissimum medijs resistamus: Primum, Frequens sit in corde & ore nostro nomen & omen Jesu, quo seriò & verà animi cum fiducia pronuntiato, multa Diaboli

R. 16. 17

opera sapiùs fuere impedita, adeò ut ad hoc nomen ex obsessis non rarò ejecti fuerint. Deinde Idem in Christum invictam collocemus, eoq; ut arce firmissimà innitatur. Ipse n. fortior est Diaboli omnib. quib.

L. 11. 22.

totam armaturam aufert quâ confidunt, & spolia eorum distribuit, atq; insuper limites ponit, quos omni suâ potestate & astutiâ transilire non possunt. Unde experientia testatur, quòd Diaboli omnibus nocere nequeant; Sed ijs solum, in quos eis Deus potestatem permittit, vel ob peccata castigandos, vel explorandos, ut postquam eos constantes in fide & patientiâ deprehendit, benedictionibus suis deinceps adaugeat, Quod exemplo Jobi evidentissimum est. Præterea instituat assidua verbi Divini lectio & meditatio, quod ferre non potest Sathan, qui ad laudes DEi & mentionem operum Divinorum,

Eph. 6. 17

exhorrescit. Unde verbum DEi gladius Spiritus appellatur, quo impetus Sathana excipitur & dirverberatur. Ca-

terum, Quò magis nobis infestus videtur Sathan.
(infestat a. absq; omni temporis intercapedine) Eò magis
 ab omni vitæ impuritate absteineamus, imprimis à
 blasphemiâ & execrationib. *Quibus nomen Dni pro-*
scinditur, & religio Christiana pedib. conculcatur: Facias
 mus habitationes nostras domus precationum &
 officinas pietatis, & advesciamus nos atq; famili-
 am nostram ad preces & studiû factimonix; Non pa-
 tiamur frequentem mentionem diaboli, Tritum n.
 est proverbium; Non plingendus est Diabolus in pariete,
 Quia sponte sua adest. *Nec desunt exempla, quòd diabolus*
eos, à quibus vocatus fuerat, viros abstulerit, de quib. videat-
tur Prompt, Exemplor, & Bodinus, Tandè & hoc obser-
 vandum, non nimium Sathanam ejusq; organa esse
 metuenda, nec quidquam in illorum gratiam faci-
 endum. Est n. Diabolus spiritus superbiss, qui faci-
 liùs fugari non potest, quàm sui contemptu, qui ex
 verâ fide in DEUM proficiscatur. Etenim in ipsum,
 Deum sit injurius, qui Diabolum ejusq; mancipia
 meruit, q. Is neq; possit neq; velit illorum insultus
 pijs avertere: *Ideoq; Dominus in lege carvet, ne à dijs gen-*
tium, que sunt dæmonia, metiamus, qui neq; bono neq; ma-
lo aliquem adficere possunt. His ferè modis & medijs Di-
 abolicis operib. & machinationib. resistitur, & ma-
 la ex permisso Divino immissa, incolumi conscientia
 vel tolerantur vel superantur. *Nam, ut Paulinus pœta*
Christianus, pauci mutatis, canit:

Sicubi Christus adest, hic murus aheneus esto!

Sicubi Christus abest, ibi murus araneus esto.

Hæc sunt Auditores, quæ ratione officij, de an-

H

geli-

Theat. in
 pr. 2. 4.
 Bod. de
 Dæmonom
 3. 6. 8.
 4. 4. 2.

Epilogus.

DE PRÆSTIGIIS

gelicis & Pythonicis adparitionib. in præsentia dicere decrevimus, tam ad confirmationem eorum, qui speris hisce præstigijs Kumblais & alijs diabolicis illusionibus, in agnitæ veritatis professione constantes perstiterunt; *Quam illorum correctionem ac respicientiam, qui illusionib. hisce Sathanicis, iudicij & carnis infirmitate lapsi, Deum graviter offenderunt, & nocentissimorum schismatum in Ecclesia auctores exstiterunt.*

DEus ter opt. max. qui suam in hoc orbe Arctos Ecclesiam, salutiferâ Euangelij sui luce jam diuturno tempore clementer illustravit, & Sacrosanctum verbi Ministerium, sufficiens suæ voluntatis præconium, atq; ordinarium salutis æternæ, per verbum & Sacramenta cum adnunciandæ tum conferendæ *εὐχαριστίας* esse voluit; Augustissima isthæc dona & thesauros inarcessibiles, apud nos etiam deinceps, usq; ad mundi consumationem inviolatos potentissimè conservet; Et nos omnes ac singulos, quos Divinorum Mysteriorum dispensatores constituit, Spiritus sancti gratiâ illuminet, ut inter tam varios hujus seculi errores & horrendas Sathanæ illusiones, in verbi coelestis veritate & fidei professione constantes permaneamus, Illiq; fidelissimâ nostrâ institutione & vitæ integritate, populum acceptabilem præparemus, à quo unâ nobiscum, in hac & futurâ vitâ, rectè agnoscat, & in omnes nunquam finiendorum seculorum æternitates dignè celebretur & glorificetur.

A M E N!

ERRATA.


Σφάλματα Typographica sic corriguntor!


Folium.	Linea.	Erratum.	Lege;
A. 1. a.	vlt.	clō. lo. xxx.	clō. loc. xxx.
3. a.	2.	perditionem,	proditionem
	b.	præpeditu,	præpeditus.
B. 1. a.	22.	Diœcesin, Streng.	diœcesin Str.
	ead.	perversas,	perversas,
	23.	pridem,	pridem.
	b.	tenebras,	tenebras?
2. b.	20.	conjugantur,	conjugantur
C. 2. a.	17.	præte,	præter.
	vlt.	emcum,	mecum.
	b.	author,	& tribus.
4. a.	25.	alterutro,	alterutro.
D. 1. a.	2.	Kumbler, adde:	adparuit:
3. a.	3.	conclavi,	conclavia.
4. b.	3.	pava,	pares.
E. 1. a.	29.	observantium,	observandum
2. b.	16.	torquerantur,	torqueantur,
3. a.	13.	urâ,	usurâ.
	14.	deinceps,	deinceps.
4. a. in marg. l. 2.		Prædia, l. s. rum:	Prædi- & erum. a:
	b.	simulachorum,	simulachrorū.
F. 3. b. in marg.		Prædictio,	Præditionem.
G. 3. b. 2.		videntur,	videatur;


FINIS.


os(o)se






















Paulinus Gothus, Commonefactio de Angelis.

Stregn. 1632.

